


om. B
34

Oratores



775.

~~Cicero C. 1. 1.~~

1810/11



Phil Vel 1387.

262

CHRISTIANI GUEINZI
CICERONIANI

OPERIS

Totius

ANALYSIS

DICHOTOMICA

GENERALIS.

Cui

Adjuncti Aphorismi ex libro I.

Officiorum

JOHANNIS ÆSCHARDI.



Typis Christophori Salfeldi, Sumptibus
Hæredum Michaelis Oelschlegelij.

Anno 1629.

H:

R

F. C. B. 1629



Ingenuis, Optimis
&
Magnæ spei
J U V E N I B U S
E T
A D O L E S C E N T I B U S
Gymnafii Hallenfis
Alumnis



Discipulis fuis

Synopticam hanc
Operis C I C E R O N I A N I
dispositionem

Sacrat & commendat

Autor.

**Euepies damnata cohors mea perlege totū:
Summam totius næ Ciceronis habes.**


 *P*us Ciceronis habet libros vel integros, vel fragmenta. Integri vel habent instrumentalium disciplinarum materias, vel realium. Instrumentales sunt Oratorii, qui continent partim Præcepta, partim Exempla. Præcepta qui continent sunt vel dubiæ auctoritatis, vel certæ.

Dubie, seu incertæ sunt *libri Rhetoricorum ad Herennium*. In quibus tractatur vel de inventione Rhetorica, vel de elocutione. De *Inventione in Genere* lib. 1. In *specie* secundum *Genera Causarum*, quod vel *in iudicio*; & de inventione *Generis Judicialis* lib. 2. vel *extra iudicium*, ut *Gen⁹ Deliberativum*, & *Demonstrativum*, de quib⁹ lib. 3. de *Elocutione* lib. 4.

Indubitatae auctoritatis sunt vel *prolixiores*, vel *breviores*. *Prolixiores* ut de *Inventione libri duo*: in quorum *primo* de generali *Inventione*. In *secundo* de speciali respectu *Generum Causarum*. Et de *Oratore libri tres*. In quib⁹ agitur *partim* de *Inventione*, cum *quoad utilitatem* & *dignitatem* lib. 1. *quoad modum*, quomodo *inventio* in *singulis partibus* instituenda, lib. 2. *Partim* de *Elocutione* lib. 3.

Breviores sunt vel de *Oratore*, vel de *Oratione*. De *Oratore* vel in *concreto* ut *Brutus* de *claris Oratoribus* tam *Græcis*, quam *Romanis* vel

in abstracto de Oratore perfecto. ubi potissimum de characteribus dicendi.

De Oratione generaliter, ut in Topicis. ubi partim de Inventione argumentorum singularium, partim conjunctorum in quaestionibus finitis & infinitis:

Specialiter in partitionibus Oratoris. ubi agitur tum de singulis partibus, tum de optimo genere Oratorum; nempe quod unum genus perfecti Oratoris.

Exempla sunt tum in Orationibus, tum in Epistolis. Orationes iterum vel sunt certi auctoris, vel incerti. Certi vel ante Exilium, vel post Exilium. Ante Exilium partim ut privatus, partim ut publicus habuit. Privatus cum pro Quintio, tum pro Roscio. Pro Quintio defenditur quod bona ejus ex edicto non sint possessa. Estque Generis Judicialis, in Statu Conjecturali. Non autem sunt possessa. 1. Quia nulla causa fuit, cur Praetor decerneret 2. Quia non latitavit, nec exulavit. 3. Quia bonorum possessio non est in parte bonorum, sed in toto.

Pro Roscio, vel Amerino, vel Comædo. Pro Amerino agitur, quod non sit reus parricidii. Estque iterum Generis Judicialis Status Conjecturalis. Et demonstratur id ipsum
1. Ex innocentia Roscij:
2. Ex audacia adversariorum:
Et 3. ex Chryfogoni potentia.

Pro

Pro Comædo defenditur, quòd ipse Fannio nihil debeat: quia non poterat probare per privatam scripturam. Unde iterum est Status Conjecturalis. 1. Quia nihil mutuo dederat. 2. Nec societatis nomine expenderat Fannio. 3. Nec Roscius quicquam promiserat.

Publicus Cicero fuit *tum* inferioris dignitatis, *tum* supremæ. *Inferioris* ut *Ædilis*, & *Prætor*.

Ædilis habuit *Orationem tum* pro se, *tum* pro alio. Pro se in Verrem.

Quæ *Orationes* agunt *partim* de accusatore, *partim* de re ipsâ seu accusatione.

De Accusatore tum quis debeat actor esse. Et probatur quòd Cicero non Q. Cæcilius: quia 1. Ex officio invitus cogatur. 2. Cæcilius Sículus & non Romanus: Pro populo verò Romano, Romanum requiri actorem. 3. Quia Cicero maximè idoneus esset. Est itaq; *Oratio* in *Genere* Judiciali in *Statu* Negotiali. lib. 1. *Tum* de processu Accusatoris, quòd novus meritò instituendus, secundum quem severè *Judices* judicare deberèt propter actionem novam, propter fraudes & infidias. *Status* itaq; iterum *Negotialis* ex jure lib. 2.

De accusatione respectu Verris: quatenus multa commisit *partim* ante *Præturam*, *partim* in *Præturâ*.

Ante Præturam agitur de quæsturâ ipsius, *Legatione*, & *Præturâ* urbanâ, quòd pessimè

sime in iis omnibus egerit. Estq; Oratio illa
primario in Statu Conjecturali, secundario
tamen ad Genus Demonstrativum pertinet
propter vituperium.

*In Prætura agitur partim de communibus
delictis, partim de specialibus.*

*Communia sunt tum de jurisdictione, tum
de re frumentariâ.*

*Quoad jurisdictionem peccavit contra eam
in rebus cognitis & judicatis, judiciisq; datis,
ob pecuniam tum in venditis honoribus, &
sacerdotiis; tum in oblatis rebus quasi pro his
portorium datum non esset. Est itidem in
Statu Conjecturali.*

*De re frumentariâ quòd frumento decu-
mano vendito, pecunia ex eo collectâ fœne-
raverit & averterit. Unde itidem in Statu
Conjecturali.*

*De specialibus tum quoad signa, tum quoad
supplicia.*

*Quoad signa desumuntur ea ex latrociniis,
furtis, rapinisq; rerum preciosarum. Itidem
in Statu Conjecturali.*

*Quoad supplicia. Verrem non boni Impe-
ratoris munere functum, sed in itineribus
fuisse luxuriosum, avarum, crudelem, præfer-
tim in Cives Romanos. Estq; ejusdem Status.*

Pro alio, ut pro Fontejo & pro Cæcinnâ,

Pro Fontejo, an repetundarum reus propter

por-

portorium vini & viarum impedimentum:
Quod ipso Præatore Gallia 1. ære alieno op-
pressa. 2. Quod nullum quæstum ex viarum
munitione fecerit. 3. Quod novum vini por-
torium non instituerit. Unde itidem in Sta-
tu Conjecturali.

Pro Cæcinnâ. An interdictio *unde vi* tenea-
tur etiam is qui non deiecit ex possessione, sed
ab ingressu prohibuit. Estq; in Genere Judi-
ciali in Statu qualitatibus de scripto & sententiâ.

Ut Prætor habuit Orationem *tum* pro Lego
Manilia, *tum* pro Cluentio.

Pro L. Maniliâ tractatur quod Pompejus
præficiendus sit bello Asiatico quia in eo
scientia rei militaris, virtus, autoritas, & feli-
citas. Est itaq; in Genere Deliberativo.

Pro Cluentio quod Vitricum non sustule-
rit veneno, quia ipse scelestis moribus fuit, &
præjudicia de eo facta. Estq; Generis Judicia-
lis in Statu conjecturali potissimum ex L.
Cornelia de veneficiis.

Ita Orationes quas habuit constitutus in
inferiori dignitate, sequuntur quæ habitæ ab
ipso dum *summam aptus dignitatem*, & fuit *vel*
Consul, *vel* Consularis.

Consul ubi fuit, *partim* Orationes habuit
concernentes se ipsum, *partim* alios.

Quoad se ipsum sunt *vel* Defensivæ, *vel* Ad-
versativæ. *Defensiva tum* pro L. Agrariâ, *tum*
pro Rabirio.

A 4

Pro

Pro L. Agraria contra Rullum habita fuit,
vel in Senatu, *vel* ad populum.

In Senatu disuadet venditionem rerum-
publicarum, vestigalium, emptionem agro-
rum, & deductionem coloniarum. Ex quibus
facile colligitur Generis esse Deliberativi.

Ad Populum habita *vel* est prolixior, *vel*
brevior. *Prolixior* probat Rullum aliquid
novi moliri: quia non communicarat cum ce-
teris; quia noctu convenerat; quia novâ veste
usus fuerat, & legem obscure pronunciarat.
Proinde disuadet ne populus ratam esse ju-
beat. l. Rulli: quia per eam tyrannidem mol-
liatur & eripiat populo libertatem in decem-
viris creandis. ideoq; ejusdem est Generis.

Brevior defensionem continet contra ac-
cusationem Tribunorum: qui criminabantur
Ciceronem gratificantem Syllanarum assi-
gnationum possessoribus. Unde est in Statu
Conjecturali. An Cicero sit Syllanæ domina-
tionis patronus? quod negatur & probatur
Rullum esse: quia socer ipsius Valgius pluri-
mos sub Syllâ agros habebat.

Pro Rabirio quod non sit perduellionis re-
us; sed jurè occiderit Saturninum. Unde Sta-
tus qualitatis est. Rabiriumq; commendat
propter amicitiam, dignitatem, humanita-
tem, consuetudinem & salutem Reipublicæ.

Adversative Orationes sunt in Catilinam;
qua-

quarum *alia* directè, *alia* consequenter accu-
sant. *Directè* habitæ sunt *vel* in Senatu, *vel* ad
Populum.

In Senatu Orat. 1. Ubi deliberatio an se-
verior sententia quod occidendus sit, an mi-
tior, ut exeat, quæ obtinuit, sit præferenda.
Suadet itaq; ipsum Catilinam exire debere
vel in exilium propter conjurationem pate-
factam, *vel* in bellum. Igitur est Generis De-
liberativi.

Ad Populum Orat. 2. *tum* suadet ut exeant
conjurati, insimul addendo gratulationem
propter Catilinæ exitum, & adhortatio-
nem ad urbis defensionem. Ejusdem Generis
dum suadet.

Tum deliberat Orat. 3. post enumerationem
conjurationis depræhensæ: an supplicatio ce-
lebranda nomine Ciceronis, quia Deorum
auxilio Rempublicam conjuratione liberaf-
set. Ex iisdem locis.

Consequenter Orat. 4. suadet patribus, ut
fortiter animosq; decernant; conjuratos esse
supplicio afficiendos, si nulla crudelitas insit,
si transigendi facultas adsit in Senatus consul-
to. Unde apparet ad Suasorium genus itidem
pertinere.

Quoad alios Cicero *vel* pro Murænâ, *vel* pro
Flacco habuit Orationem.

Pro Murænâ agitur, quòd ambitum non

commiserit, quia nihil contra mores & leges fecit. Lex enim ipsa non omnem liberalitatem prohibet. Tria autem fuerunt præcipuè capita accusationis. 1. Quia in Asiâ fuerat & saltaverat. 2. Quia Sulpitius dignitate superior, utpote Patritius: Muræna verò equestris dignitatis. 3. Crimen ambitus, quod multi ipsi obviam processerint, & multi ad prandia ab ipso invitati: quæ omnia Cicero refutat. Proinde est in Genere Judiciali, in Statu Conjecturali.

Pro Flacco, quod non repetundarum sit conveniendus, quia levibus testibus & nullis rerum argumentis accusatus. Ubi multa de Græcorum levitate & sapientiâ. Estq; iterum Status Conjecturalis, & quædam ex Statu Legitimo inibi quoq; proponuntur.

Consularis tum pro Syllâ, tum pro Archiâ.
Pro Sylla, quod cum Catilinâ non conjuraverit, quia Allobroges non accusassent ipsum, & quia aliàs bonus fuisset. Ubi & se defendit, quod non levis & inconstans. Estq; in Statu Definitivo, quia de facto agitur.

Pro Archiâ an nimirum sit civis Romanus: quod probat partim lege, partim testibus. Imò si civis non esset, tamen civitate dignus quia Poëta, qui multum ad eloquentiam, ad mores, ad delectationem conducit. Status est
Con-

Conjecturalis, simulq; multa ex Demonstrativo Genere de laudibus literarum.

Orationes quas habuit Cicero *post Exilium* vel pro se habuit, vel itidem pro aliis. *Pro se* vel ad populum profanum, vel ad sacrum.

Ad profanum vel *coram Populo*: Ut Oratio post reditum ad Quirites. In qua gratias agit populo pro restitutione, tum pollicetur suam pietatem, voluntatem, & remunerationem. Igitur est Generis Demonstrativi, quippe occupata in demonstratione factorum.

Vel *Coram Senatu*. Ut Oratio post reditum in Senatum. In qua 1. Senatui gratias agit, utriq; Consuli, octo Tribunis, septem Prætoribus, & deinde Pompejo absenti. 2. Acriter invehitur etiam in eos, quorum invidiæ pulsus. Et cum ejusdem materiæ, ad idem Genus referri debet.

Apud sacrum tum *pro domo* ad pontifices. In qua respondet Clodio, qui actionem ejus de potestate rei frumentariæ Pompejo datam reprehenderat. 2. Domum suam propter Clodii consecrationem sacram non esse, sed ab omni religione vacuam: Clodius enim è patritiis ad plebem transierat, & sic ille minimè tribunus; qui contra omne jus plebejus factus, nihil sacrare potuit. Pertinet itidem ad Genus Demonstrativum.

Tum *de haruspicum responsis* in Senatu. Ubi primò

primò argumentum concionis Clodianæ. Deinde responsio de domo suâ ad haruspices: nempe, an, quia prodigia facta domus ipsi⁹ religiosa manere debeat? an verò profana adhuc sit. Generis itaq; Deliberativi.

Ita Orationes quas *pro se* habuit Cicero, *post Exilium*, sequuntur quas habuit *pro aliis*; & habuit *vel* ut Consularis, *vel* ut Augur. Ut *Consularis vel* propter se, *vel* propter alios.

Propter se, & tum pro Planco. ubi quæritur, an Plancus ambitu, idest contra leges ædilitatem sit consecutus. Negat Cicero quia factum, quod debuit. Fuit enim Equestris ordinis & fuit superior suffragiis, & studiis municipum suorum, vicinitatis, patris, Ciceronis; fuitq; singularis integritatis & modestiæ. Est igitur Generis Judicialis, in Statu Qualitatis, quia quæritur an tale sit factum, quod incurrere possit in legem de Ambitu.

Tum pro Sextio vel directe: quòd vim non commiserit. Idq; probat ex vitâ Sextii, cujus genus & virtutes recensentur, quòd pius & liberalis fuerit; tum ex officiis, quibus functus, in Quæsturâ & Tribunatu. Unde est Status Conjecturalis. Sed quia laudatur à parentibus, & operibus, simul ad Genus Demonstrativum referri potest.

Vel Consequenter, ut est Oratio in *Vatinium*:
Quòd

Quòd Vatinio non credendum, quia falsa re-
status fuerat, & quia turpissimè vixerat. Unde
est Status Conjecturalis. Sed quia vituperat
Vatnium, simul ad Demonstrativum referri
potest Genus.

*Propter alios vel Domesticos, vel Extra-
neos. Propter Domesticos est pro Caelio. In
quâ propositio: An aurum mutuò sumptum
à Clodiâ? & si, an venenum paraverit Clodiæ,
quia reddendum aurum. Negat Cicero ex
variis conjecturis & dicit esse amantium iras
& querelas. Unde est Status Conjecturalis,
assumpto Demonstrativo genere.*

*Propter peregrinos seu externos partim est
defensiva, partim invectiva.*

*Defensiva, tum pro Cornelio Balbo: quòd
jure civitate sit donatus, autoritate Pompej,
quia idoneus dator, & permissu legis Gelliae
& Corneliae, quia bene meritus de Imperio.
Unde est in Statu Qualitatis seu Defini-
tivo.*

*Tum de provinciis Consularibus: quòd Pi-
so ex Macedoniâ, & Gabinius è Syriâ, (ubi &
quomodo affecuti, nempe ut improbi, pro-
vincias, & quomodo administrarint) retra-
hendi; & quòd Cæsar Galliam retinere de-
beat, quia multis victoriis imperium Roma-
num amplificarat, & quod bellum adhuc pe-
riculosum conficere posset. Unde est in Ge-
nere*

nere

neri Deliberativo, argumentis potissimum
sumptis ab utili & honesto.

Invectiva est in Pisonem. Ubi de Pisonis fla-
gitiis, cum publicis in Consulatu, & abitu, &
reditu: tum de privatis: Unde est Generis De-
monstrativi.

*Uti Augur vel ante Cæsaris victoriam ha-
buit, vel post.*

Ante tum pro Milone. Quod Clodius iure
cæsus, quia infidiator, uti ex dictis & signis
collectum, & quia sceleratus in Deum & ho-
mines. Unde est Status Qualitatis, quod ju-
re sit occisus.

Tum pro Rabirio Posthumo. Quod pecu-
niam Ptolomæo Regi rectè crediderit. Ubi
Gabinium defendit, quod Ptolomæum resti-
tuerit, ut & Senatum: potissimum tamen, an
pecuniam acciperit Rabirius ad testimoniū
dicendum, ut repetundarum reus dici queat.
Unde est Status Conjecturalis.

Sequuntur *Orationes* Ciceronis quas ha-
buit post victoriam Cæsaris: & sunt illæ vel De-
fensivæ, vel Invectivæ.

*Defensiva tum gratiarum actio in Orat. pro
M. Marcello.* In quâ, quod gratiæ agenda,
quia magnum factum, quod Marcellus resti-
tutus. Unde est Generis Demonstrativi fa-
ctorum.

Tum

Tum Defensio in Orat. cum pro Ligario, tum pro Dejotaro.

Pro Ligario pugnat contra Tuberonem, quod arma sumpserit in Cæsarem; Ligarius verò non itidem. Unde Tuberonis causa deterior. Missus Ligarius in Africam à Senatu, parere necesse habuit; Tubero à nullo vel iussus, vel coactus. Deprecatur itaq; si quid Ligarius peccasset in Cæsarem, ut id ignosceretur, vituperatq; Tuberonem. Est itaq; Oratio Generis Judicialis, Status Conjecturalis, quâ nimirum mente Ligarius in Africam venerit subiectâ deprecatione.

Pro Dejotaro. Quod Cæsari non insidiatus, sed animo benevolo in ipsum fuerit, uti liquidum ex beneficiis ipsi oblatis. Postulat itaq; misericordiam quò Dejotaro Cæsar ignoscat. Unde Status itidem Conjecturalis.

Invective sunt in Antonium & vocantur *Philippicæ*: quarum quædam sunt habitæ ante pugnam cum Antonio, quædam post.

Ante pugnam iterum vel cum nondum Legatio esset decreta, vel cum esset facta.

Cum nondum esset partim sub primis Consulibus, partim sub novis.

Sub primis vel in Senatu, vel ad Populum.

In Senatu tum quoad se, ut Philippica 1.

In

In qua exponit causam profectiois, & rever-
sionis suæ, quod 1. necessum fuerat propter
Antonii potentiam patriâ excedere.

2. quia utile, ut acta Cæsaris observarentur,
erat redire. Unde est Generis Demonstrativi
potissimum. Probat n. factum suum.

Tum quoad Antonium Philippica 2. In
quâ 1. Crimina diluit objecta ab Antonio.
2. Ipsum vituperat per totam vitam, qua
publicè, quâ privatim. Unde itidem in De-
monstrativo genere: Vituperat enim.

Ad populum vel prolixior Philip. 3. In
quâ laudat factum Octavii Cæsaris, horta-
turq; populum ad libertatem recuperandam,
suadetq; bellum contrâ Antonium. Unde est
in Genere Deliberativo.

Vel brevior Philippica 4. In quâ eadem
repetuntur, quæ in præcedente Oratione. Un-
de & ejusdem Generis est.

Sub novis Cons. vel ad Senatum Phil. 5. In quâ
disuadet legationem, tanquam turpem Sena-
tui, & periculosam Reipublicæ; deinde ur-
get decernendos esse honores iis qui sunt di-
gni: iterumq; est Deliberativa.

Vel ad populum Philippica 6. In quâ do-
cet quid actum in Senatu de legatione, horta-
turq; Quirites, ut sint parati ad bellum. Perti-
net itaq; itidem ad Genus Deliberativum.

*Cum legatio facta vel prima, vel repeti-
tita*

ta. *Prima* vel respicit potissimum bellum, vel personas.

Bellum vel *in genere* Philippica 7. In quâ reprehendit Cicero homines faventes Antonio, ostenditq; bellum omninò necessarium; quia pax turpis, periculosa, imò impossibilis. Pertinet ad Genus Deliberativum.

Vel *in specie*, Philippica 8. In quâ cum non bellum, sed tumultum de re verat Senatus, Cicero improbat, docens idem esse; reprehenditq; timiditatem Senatûs. Est Generis Judicialis Status Definitivi. Quæritur enim quid tumultus? quid bellum?

Quoad *personas* alia est ordinaria, alia interveniens.

Ordinaria tum *Sulpitii* Philippic 9. In quâ quia Servius Sulpiti⁹ in legatione diem obierat, suadet Cicero, statuam ei erigendam & sepulcrum publicè faciendum, quia non mortis genus, sed causa spectanda. Unde *Suasoria*.

Tum *Bruti* Philippica 10. In quâ acta Bruti, quod exercitum contra Antonium paraverat probanda esse suadet, & removet omnem Suspicionem periculi. Deliberatio itaq;

Interveniens est *Dolobella* Phil. 11. In quâ 1. mortem Trebonii deplorat, & graviter Dolobellam & Antonium insectatur suadetq;

Bruto & Casio bellum commitendum. Pertinet itaq; ad Genus Deliberativum.

Post repetitam legationem vel de facto Phil. 12. In quâ cum denuo missi legati Cicero Senatus excusat imprudentiam, & dissuadet legationem amplius ad Antonium instituentem. Unde Generis Deliberativi.

Vel de persona Phil. 13. Postquam enim Lepidius pacem suaserat, negat Cicero, posse fieri firmam & salutarem; refringitq; auctoritatem Lepidii & recitat literas Antonii ad Hirtium Consulem. Dissuasoria est.

Post pugnam cum Antonio Phil. 14. In quâ dissuadet mutationem vestitus, commemoratq; varia scelera Antonianorum. Et postremo eos laudat, qui in pugna occubuerant. Unde Generis Deliberativi.

Incerti Auctoris est tum Salustii uti vocatur. In quâ vituperatio Ciceronis ex vitâ de sumpta continetur.

Tum responsio ad Salustii. In quâ ad singula respondetur objecta crimina vel refutando, vel similia in ipsum Salustium retorquendo. Utraq; harum orationum est Generis Demonstrativi, continet enim vituperationem.

Fuerunt exempla Oratoria, in Orationibus sequuntur Epistola quæ sunt vel certæ auctoritatis, vel incertæ.

Certæ vel sunt plures, vel pauciores.

Plu-

Plures tum Familiæres contentæ libris XVI.
quî sortiti sunt nomina plerumq; à primæ E-
pistolæ inscriptione; sunt pleræq; etiam ad il-
lam ipsam personam scriptæ. Sunt autem
numero 461.

*Tum ad Atticum contentæ itidem libris
XVI. numero 392.*

*Pauciores sunt tum ad Quintum Fratrem
libri tres, Epistolæ 27.*

Tum ad Brutum liber unus, Epist. 18.

*Incertæ autoritatis sunt Epist. 8. demum
reperitæ & in Germaniâ editæ. Tum Corne-
lii Nepotis de vitâ Pomponi Attici.*

*Ita dictum de libris seu tractatibus Ciceronis
tractantibus instrumentalia, sequuntur tracta-
tus qui habeat realia. Et habent vel Genera-
lia, vel Specialia.*

*Generalia illa sunt vel theoretica ðmagis,
vel practica.*

*Theoretica continentur in Academicis quæ-
stionibus, tum ad Varronem, tum ad Lucillum.*

*In Academicis quæstionibus ad Varronem
partim constituit & proponit, tum sententiam
Socratis, quod Philosophia in virtutibus &
vitiis explicandis versetur. Tum Platonis cu-
jus tres partes 1. Bene vivendi rationem à solâ
petendam esse naturâ docet. 2. Naturalia
proponit 3. In ratione & asserendo confi-
stit,*

Par-

Partim corrigit, & vel particulariter per Aristotelem qui Ideas Platonicas improbavit; & per Theophrastum beatam vitam in virtute non esse positam.

Universaliter tum per Zenonem, qui voluit virtutem & honestum solum & unum bonum esse; sensus & mentem ex igne esse; cognitionem nasci è quadam impulsione sensus intrinsecus oblatam. Tum per Arcesilam qui obscuritate omnia involvit; & negavit quicquam esse quod sciri possit.

In quæstionibus Academicis ad Lucillum qui volgo dicitur IV. disputatur tum pro veteri Academia, cujus sententia erat: nihil quicquam sciri aut percipi posse; tum ex mente Ciceronis contra veterem Academicam qui quum homines sentiant, videant, aliquid certi sciri posse.

Practica sunt tum in libris de Finibus; tum in Tusculanis quæstionibus.

In de finibus discribitur de sententiis Philosophorum improbando & determinando. Improbatur verò tum Epicuream, tum Stoicam. Et Epicuream quidem in genere quod atomos Epicurus induxerat; quod definitiones sustulerat; quod omnia ad voluptatem retulerat, & quod Torquatus pro Epicuro disputando omnia ad voluptatem referenda esse statuerat lib. 1.

In

In specie prolixius Epicurei sententia refutatur, præcipuè voluptatem non esse summum bonum lib. 2.

Stoica tum proponitur lib. 3. Quod *virtus* summum sit bonum; & *turpe* summum malum. *Tam* refutatur lib. 4. quia nulla sufficiens causa cur ab Academicis & Peripateticis dissentiendum.

Determinando lib. 5. quòd summum bonum secundum Peripateticos ex corporis & animi virtutibus sit perfectum.

In quæstionibus *Tusculanis*, quedam negativè, quedam affirmativè tractantur.

Negativè partim de morte, *partim* de affectibus.

De *morte* quod sit contemnenda lib. 1.

De *affectibus vel in specie*, quod *dolor* tolerandus l. 2. *Tuscul. Quæst.* Et *agritudo* & perturbationes animi leniendæ. lib. 3.

In genere quod omnes perturbationes animi in superhabendæ l. 4.

Affirmativè quod virtus ad beatè vivendum se ipsa sit contenta l. 5.

Specialia in realibus iterum vel sunt Theoretica, vel practica.

Theoretica vel prolixiora, ut de naturâ Deorum & Divinatione, *vel breviora*, de Fato.

De naturâ Deorum sententiam *vel improbat*

bat Epicureorum, quod nulla fit providen-
tia l. 1.

*Vel approbat sententiam tum Stoicorum
quod sit DEI providentia l. 2.*

*Tum Academicorum ubi qui & quales sint
Dii tractatur l. 3.*

*De Divinatione partim quod talis detur,
lib. 1. partim quod tamen ea non sit sumen-
da ex animalium extis, fulguribus, ostentis,
auspiciis, sortibus, Vaticiniis, somniis
lib. 2.*

*Breviora in lib. de Fato: in quo quod o-
mnia Fato regantur, tractatur.*

*Practica specialia habent vel majores tra-
ctatus, vel minores.*

*Majores tum in libris de legibus, tum de offi-
ciis.*

*In de legibus partim de juris origine in gene-
re lib. 1.*

*Partim in specie de legibus divinis lib. 2.
Et de legibus magistratum seu humanis.
lib. 3.*

*In de Officiis vel absolutè tum de honesto
lib. 1.*

Tum de utili. lib. 2

*Comparatè an utile honesto præferendum
lib. 3.*

*Minores tractatus habent vel separata, vel con-
juncta. Separata tum de senectute Cato Ma-
jor*

ior. In quo *propositio* quod ingravescens ætas seu senectus æquo animo ferenda, quamvis revocet à rebus gerendis; faciat corpus infirmum; privet senem omnibus facultatibus; non procul absit à morte: Et *responsio*, quia culpa non est in ætate, sed in moribus hominum.

Tum de amicitia Lælius In quo *occasio* scripti quia Lælius tulit mortem Africani graviter: *tractatio*, quod mors Africani sit æquo animo toleranda, quia nihil mali accidit ipsi.

Conjuncta tum certa, tum dubia. Certa sunt paradoxa, quorum sex numerantur. Et in primo quod solum bonum honestum, quia divitiæ communes cum malis, voluptates cum brutis.

Secundum quod sibi ipsa sufficiens virtus propter virtutis effectum & peculiaris exempla.

Tertium quod æqualia peccata: idq; inductione illustratur & definitione peccati probatur.

Quartum quod omnes stulti insaniant, quia impossibilia tentant.

Quintum quod sapientes liberi, & stulti servi: quod probat ex definitione & declaratione, quia stulti mulierosi, luxuriosi, avari, ambitiosi, timidi,

Sex-

Sextum quod solus sapiens dives quia dives non contentus bonis, opus habet quaesito.

Dubia ut Q. Ciceronis *de petitione* Consularis, & *consolatio* Ciceronis.

Fragmenta in opere Ciceronis sunt vel certorum librorum vel incertorum. Certorum vel in prosa Oratione, vel in versu.

In prosa tractant vel instrumentalia, vel philosophica.

Instrumentalia vel sunt Oratoria, & quidem non extantium Orationum XIX. Extantium itidem. Vel Epistolica.

Philosophica sunt vel practica, vel Theoretica. Practica vel in praecipis, vel exemplis.

In praecipis tum Oeconomica ex Xenophonte translata; tum Politica ex libris de republica.

In exemplis Somnium Scipionis qualis res publica à majoribus instituta, uti Macrobius summam habet in initio Saturnal.

Theoretica continentur in Timæo seu de Universo.

In versu tum Phænomena ex Arato. Ubi Astrologica & Astronomica tractantur.

Incertorum librorum fragmenta sunt ex Lactantio, Hieronymo, Augustino, Seneca, Plinio Quintiliano & aliis collecta.

I.

ΠΡΟΔΡΟΜΟΣ

SECTIONVM IN

LIBROS DE OFFICIIS, CON-

tinens ea, quæ habet Autor in

Præfatione.

I.

ΠἈδεία præstat τῇ εὐφροῖᾳ, id est, boni-
tati naturæ.

a. *Quia naturæ bonitas δυνάμει tantum
est, id est, potentia, πᾶσι δεία verò actus:
Potentia verò seipsam in actum dedu-
cere non potest: actus verò subjectum ali-
quo etiam modo dispositum informat.*

b. *Quia naturæ bonitas, sive ingenium πα-
θητικὴ est qualitas, id est, passibilis: πᾶσι δεία
verò ἐνεργητικὴ, id est, activa: agens au-
tem semper suo patiente præstantius.*

c. *Quia naturæ indoles faciliè degenerat, ni-
si idoneam naçta sit institutionem, semper
enim cum δυνάμει τῆς ἀνυψάσεως con-
iuncta.*

II. Publica institutio, eâ, quæ in scho-
lis fit privatis, multò est potior.

B

a. *Quia*

a. Quia administratur per personas publicas, quae privatis praepollent; illae à Magistratu & multis, haec verò à privatis, & unò ut plurimum constituuntur.

b. Quia efficacior est institutio, quae fit inter multos, quàm paucos: frequentia enim auditorum studium excitat Doctōris, & alacritas docentis discipulos ipsos quoque multò reddit alacriores.

c. Quia inter plures est emulatio: rarò autem proficit, qui quē amuletur, non habet.

III. Satius est, pueros foris, quàm domi institui.

a. Quia domestica institutio plerumque aut est rigorosior, aut remissior justò.

b. Quia maxima pars eruditionis est, non domestica modò, sed & peregrina meminisse.

c. Quia domi uti oportet magistrò, quò possumus, foràs delectu habitò, quo volumus.

IV. Lingua omnis est κτλωθνήκλω, non τή φύσε.

a. Quia omnis lingua usu addiscitur.

b. Quia in homine δώαμις ad quamcunq; linguam addiscendam.

c. Quis

c. Quia de discitur, nisi exerceatur.

V. Linguarum cognitio Philosopho necessaria.

a. Quia linguae sunt rerum ipsarum receptacula & matrices.

b. Quia linguarum rudis, interpretum est mancipium.

c. Quia commodior una linguarum altera, pro explicandis Philosophiae arcanis.

VI. Summa cultura ingenii penes discipulum est.

a. Quia eruditio bonum τὸ ἰδίον, non ἀλλότριον, ideoque penes possidentem.

b. Quia subiecto rebeli existente, nulla potest fieri actio.

c. Quia ἀσκησις, id est, exercitatio princeps requisitum est comparandae eruditionis.

VII. Voluptas & dolor sunt indicia profectus in litteris.

a. Quia φιλομαθὴς ἐστὶ πολυμαθὴς.

b. Quia voluptas sequitur cognitionem rei bonae, ut dolor notitiam male.

c. Quia dolor argumentum est τῆς ἀκροῦσις, & qui invitus quidquam discit, nihil proficit.

VIII. Philosophia peripatetica & socratica non conveniunt.

- a. Quia Socrates cognitionem nostram facit reminiscentiam: peripatetici verò e sensibus eandem extruunt.
- b. Quia Socrates ponit μετεμύχως, peripatetici verò animi originem ἐξωθεν.
- c. Quia Socrates negat virtutem posse doceri: peripatetici verò affirmant, usu & exercitatione comparari.

IX. Non autoritas rebus, sed res autoritati pondus largitur.

- a. Quia propter quod unumquodq; tale est, illud magè tale est.
- b. Quia rerum veritas est ex sese, autoritas verò aliundè.
- c. Quia inartificiale argumentum debet artificiali, sed non contrà.

X. Non benè dicere, sed persuadere Rhetorices finis.

- a. Quia Rhetorica tota πρὸς τι, finem igitur suum in alio habet.
- b. Quia medium ad finem cum ipso fine confundendum non est.

c. Quia

c. *Quia non perfectè respondet intentioni ipsius oratoris.*

XI. Philosophandum non paucis, sed multis.

a. *Quia summa objecti Philosophiae amplitudo.*

b. *Quia difficilima ejus cognitio.*

c. *Quia inexhausta Philosophia utilitas & emolumentum.*

XII. In multis simul excellere paucorum est.

a. *Quia, Ars longa, Vita brevis, Experientia difficilis.*

b. *Quia mens multitudine distrahitur, non perficitur.*

c. *Quia perfectio & excellentia unitatis est, non multitudinis.*

XIII. Bonus Philosophus rarò bonus Orator.

a. *Quia potiozem ducit rationem rerum, quàm verborum.*

b. *Quia utriusq; finis maxumè diversus, illius brevitatis, hujus amplitudo.*

c. *Quia vera sapientia mentem, non verba
intuetur.*

XIV. In inscriptionib⁹ amplissimis haut
paratur libris autoritas.

a. *Quia usus solum spectatur in libris &
profectus legentis.*

b. *Quia inscriptio extrarem est, ideoq³ nec
elevat, nec deprimat librum.*

c. *Quia plurimae inscriptiones saepe fortuitae*

XV. In institutione consulendum ca-
ptui discentium.

a. *Quia discentis salus suprema Lex.*

b. *Quia non ingenij ostentandi, sed rudioris
informandi ergo suscepta.*

c. *Quia ratione captus neglecta, vis infertur
nature.*

XVI. Homo natus ad praestandum al-
teri officium.

a. *Quia animal politicum natum ad socie-
tatem.*

b. *Quia naturalis est amor speciei in Indi-
viduo.*

c. *Quia perfectionem ex mutuâ officiorum
communicatione quaerit.*

In ho-

XVII. In homine naturale est boni desiderium.

- a. *Quia natura in omnibus intendit optimum.*
- b. *Quia bonum naturæ est conservativum, ut malum destructivum.*
- c. *Quia naturalis est fuga mali.*

XVIII. Voluptas summum bonum non est.

- a. *Quia non est hominis propria.*
- b. *Quia non facit hominem meliorem.*
- c. *Quia impedit multas actiones virtutis.*

XIX. De rebus manifestis & evidentissimis disputare stultum est.

- a. *Quia omnis disputatio propter veritatem, quæ, si constat, frustra queritur.*
- b. *Quia disputatio est dubiæ conclusionis per præmissas adsertio.*
- c. *Quia quod negat nemo, stultè disputando adseritur.*

XX. In Disputationibus non autoritatibus, sed rationibus standum est.

- a. *Quia antiquior ratio est, quàm autoritas.*
- b. *Quia autoritati creditur propter rationem, non contrà.*
- c. *Quia autoritas & veritas non convertuntur.*

S E C T I O II.

In librum primum Officiorum,
 continens præcipua, quæ habet au-
 tor in partitione totius Commen-
 tarl five Operis.

T H E S I S I.

Definitio, si methodicè agatur, ne-
 cessariò non præmittitur.

- a. *Quia Definitio generalis totum est, è par-
 tibus singulis conflatum.*
- b. *Quia non cognoscitur Definitio illa, nisi
 partibus singulis antè præcognitis.*
- c. *Quia confuse saltem cognoscitur: omnis
 verò methodus proficiscitur à cognitione
 distinctâ.*

II. Definitio generalis pars non est
 tractationis, sed saltem proæmium.

- a. *Quia æquè latè patet, atq; ipsa tractatio!
 λόγος saltem differunt, non reipsâ.*
- b. *Quia proponit solum intentionem auto-
 ris, ut intelligatur, quid sit id, de quo dis-
 putetur.*

c. *Quia*

c. Quia sua constat tractationi integritas,
definitione generali prætermiffâ.

III. Omnia quæ fiunt naturâ, sunt bo-
ni alicujus gratia.

a. Quia natura in omnibus intendit opti-
mum.

b. Quia natura suiipsius conservativa,
non destructiva.

c. Quia malum finis non est, sed privatio.

IV. In practicis disciplinis peritus di-
cendus non est, qui solùm versatur in
speculatione.

a. Quia ipsum *Esse*, practicarum est
agere: sublatâ autem *Essentiâ*, res ex-
spirat ipsa.

b. Quia omni actû secundo deficiente, nulla
ferè est actus primi certitudo & veritas.

c. Quia *δωαμιρ* saltem habet, non actum:
δωαμϛ autem quod est, revera nondum
est.

V. Officia omnia doceri, & regulis
comprehendi non possunt.

a. Quia versantur circa singularia, quo-
rum non est determinata veritas.

B s

b. Quia

b. Quia variant sæpissimè pro circumstan-
tiarum ipsarum varietate.

c. Quia, τὰ ἐν ταῖς πράξεσι ἢ τὰ συμφέροντα
οὐδ' ἐμ' ἐσκηὸς ἔχει, id est, in actionibus
nulla est certitudo, nulla firmitas.

VI. Omnium sanctionum statuto-
rumque probabilis aliqua præsuppo-
nitur ratio.

a. Quia, aut consensu, aut necessitate, aut
consuetudine.

b. Quia à prudentibus, à quibus non potest
peregrinari ratio.

c. Quia non verisimile, creaturam rationa-
lem adstringi ijs, quæ ratione omni de-
stituuntur.

VII. Consultatio non de perpetuò ve-
ris, nec fortuitis, sed contingentibus.

a. Quia in perpetuò veris causa evidentis-
sima, in fortuitis nulla, in contingentibus
dubia.

b. Quia perpetuò vera & fortuita humanæ
voluntati subiecta non sunt.

c. Quia illa citra consultationem fiunt, hæc
verò plerumq; ut deliberatum est.

Con-

VIII. Consultatio de fine nulla, sed de medijs tantummodò ad finem.

a. *Quia finis bonum est, quod sine deliberatione etiam cognitum.*

b. *Quia in medijs summa varietas, nec omnibus media eadem.*

c. *Quia desiderium boni idem omnibus, sive revera illud sit, sive adpareat.*

IX. Honestum & turpe τῆ φύσῃ etiam sunt, non saltem τῷ νόμῳ.

a. *Quia discrimen utriusq; proficiscitur è naturali mentis discursu.*

b. *Quia naturæ ordinem illud tuetur & conservat, hoc divellit & abolet.*

c. *Quia discrimē istud ubi vis gentiū immutabile, nisi cū malitiâ vim naturæ adfert.*

X. Impium dictū est, Peccatum non esse adulterium, si Deus imperet.

a. *Quia impiū est, cogitare Deum imperare malum, qui & actū primo & 2. bonus est.*

b. *Quia in Deum non cadunt voluntates contrariæ, est enim qui non mutatur.*

c. *Quia ὑπόθεσις falsissima est, & impia, unde inferri nihil sine impietate potest.*

Uti-

XI. Utilitas, quæ honestate vacat, non est commodum, sed damnum.

a. Quia conjuncta est cum injuriâ alterius.

b. Quia convellit universam inter homines societatem.

c. Quia fomentum est litis & omnis generis injuriarum.

XII. Virtutes & vitia non sunt æqualia.

a. Quia non sunt æqualia objecta.

b. Quia non sunt æqualia præmia & pœna.

c. Quia non sunt æquales personæ, quas respiciunt, nec æquales πρὸς ἀσείε.

XIII. Aliud est τῆ φύσε! aliud κατὰ φύσιν.

a. Quia illud ipsum est principium, hoc verò è principio.

b. Quia illud πρώτως inest, hoc verò ἐπομύως καὶ δι' ἄλλο.

c. Quia illud semper inest, καὶ καθ' αὐτὸ, hoc verò non item, sed ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, id est, plerumq.

XIV. Conjugium non lege, sed naturâ coepit.

a. Quia naturalis est appetitus erga sexum.

b. Quia

b. Quia brutis etiam consimilis ejusmodi adest conjunctio.

c. Quia conjugium naturæ conservativum.

XV. Amor parentum ardentior erga liberos, quàm liberorum erga parentes.

a. Quia parentes certius norunt suos liberos, quàm liberi parentes.

b. Quia parentes vivunt in liberis, vita verò maxumè amabilis.

c. Quia efficiens magis amat suum opus, quàm opus suum artificem.

XVI. Συμπαθείας καὶ ἀνυπαθείας causa nondum certò definita est.

a. Quia nondum explorata Elementorum forma, è quibus oriri vulgò creduntur.

b. Quia, quæ communiter adferuntur plurimas patiuntur instantias.

c. Quia vim naturæ adferentes petunt principium.

XVII. Bruta vim reminiscendi propriè non participant.

a. Quia sensu solum ducuntur, qui ultrà id,

- id quod præstò est, non assurgit.*
- b. *Quia reminiscencia animæ intellectivæ facultas est.*
- c. *Quia brutorum reminiscencia nulla, nisi præsentì existente subjectò.*

XVIII. Anima hominis secundum Philosophum corruptionis expers.

- a. *Quia è sententiâ Philosophi originem suam habet ἔξωθεν, id est, forinsecus.*
- b. *Quia nullis nec temporis nec loci momentis adligata.*
- c. *Quia liberè operatur, nec semper opus habet organis corporis.*

XIX. Nullum ad naturam humanam studiũ, accedit propiùs, Philosophiã.

- a. *Quia hominis propria est veri inquisitio atq; investigatio, cujus Philosophia non tantum est instrumentum.*
- b. *Quia omnium rerum satietas tandem nos capit solâ cognitione exceptã.*
- c. *Quia πρώτως ipsam respicit mentem, ἐπομύτως verò alios.*

XX. Omnes homines naturã nascuntur liberi.

a. *Quia*

- a. *Quia in purè naturalibus nulla inter ho- mines differentia.*
- b. *Quia necessitate exigente regnorum & dominiorum cæpit distinctio.*
- c. *Quia natura abhorret à servitute, & fertur ad libertatem.*

SECTIO III.

Quæ est de Dispositione lib. 1. Of-
ficioꝝ, & primâ virtute Car-
dinali, Prudentiâ sci-
licet.

THESIS I.

Ethica tractatio methodô analy-
ticâ constat, non syntheticâ.

- a. *Quia in Ethicis finis notior, media verò ad finem illum minus nota.*
- b. *Quia ignoratô fine, nulla potest esse dis- tincta mediorum cognitio.*
- c. *Quia finis in Ethicis equiparatur prin- cipijs in speculativis.*

Hone.

II. Honestas non est certæ cujusdam virtutis, sed omnium simul.

a. *Quia honestas causa virtutum omnium & procreans est & conservans.*

b. *Quia communis est omnium virtutum regula, & canon.*

c. *Quia deintâ è virtutum actionibus honestate, omnis exspirat virtus.*

III. Philosophia Ipeculativa non tam utilis est, quàm jucunda.

a. *Quia exercetur in ijs rebus potissimùm, quarum cognitio quedam est, non actio.*

b. *Quia principaliter sui, non aliorum, causa, addiscitur.*

c. *Quia multa sublimiora considerat, quæ sub actionem minimè cadunt.*

IV. Virtutes Ethicæ ratione actus primi (id est, essentia) simul sunt, non verò actus secundi (id est, operatione.)

a. *Quia omnes ex uno proximo principio, honestate scilicet proficiscuntur.*

b. *Quia Ethica unus est habitus, ic' eoq̃, ubicunq̃, est, ibi totus est.*

c. *Quia unius virtutis actio de aliarum essen-*
sen.

sentiâ ut plurimum participat.

V. Veritas originaliter & subjectivè in rebus, in propositione verò formaliter.

a. *Quia res sunt mensura intellectus, non contrà.*

b. *Quia veritas est conformitas mentis cum re ipsâ, non contrà.*

c. *Quia potentia est in rebus, actu in propositione: potentia autem actu suo prior.*

VI. Universale prius cognoscitur, quàm speciale.

a. *Quia cognitio confusa prior est distinctâ.*

b. *Quia universalis cognitio facilior, quàm specifica.*

c. *Quia nature ordini propior.*

VII. Unius rei una tantummodò est & simplicissima veritas.

a. *Quia una cujusq; rei est, & simplicissima essentia.*

b. *Quia conceptuum de uno eodemq; diversitas ex parte hominum est, non rerum.*

c. *Quia verum & falsum dirimunt ENS in propositione, nec medium datur.*

C

Unius

VIII. Unius artis theoremata alterius non aduersantur.

a. *Quia artes diverse idem non habent subiectum adequatum.*

b. *Quia diverse artes non contradicunt sibi invicem de eodem.*

c. *Quia artium principia non sunt contraria, sed vera: verum a. non contradicit vero.*

IX. Bonorum communio toti virtutum choro inimica est.

a. *Quia aduersatur nature, cuius instinctum proprium aliquod adpetitur.*

b. *Quia tollit πρᾶξις & exercitium potissimarum virtutum.*

c. *Quia convellit jus humanae societatis, quae officiorum communicatione continetur.*

X. Ingeniorum diversitas non ab anima pendet, sed à corpore.

a. *Quia in formâ, quae anima est, nulla varietas, sed tantummodò in materiâ.*

b. *Quia anima ἐντελέχεια est, quae operatur pro ratione σώματος & φυσικῶν ὀργανικῶν.*

c. *Quia ad mutationem κρᾶσεως, id est, temperamenti ipsam videmus mutari ἐν φύσει.*

XI. In homine non est naturâ primò ad hoc potiùs, quã ad aliud inclinatio.

a. *Quia in homine quidquid est δυνάμει est, non verò ενεργητικα.*

b. *Quia nulla in homine caussa, quæ δυνάμει illam ad actum certum determinet.*

c. *Quia nec inclinatio illa est à materiâ nec formâ, illa enim ἐπίσταται, hæc verò omnium capax.*

XII. Sapientia & prudentia non sunt unus, idemque habitus.

a. *Quia non est idem utriusque objectum.*

b. *Quia nõ est utriusque eadẽ & par certitudo.*

c. *Quia finis utriusque diversus est: sapientia enim proprium querit bonum, prudentia verò publicum.*

XIII. Scientia non est reminiscencia, sed rei ignotæ per causas cognitio.

a. *Quia absurdum est τὰ ὄντα materialia in locum ab omni materiâ alienũ collocari.*

b. *Quia formæ illæ, quarum reminiscencia statuitur, frustra, non enim informant.*

c. *Quia cognitio animæ extra societatem corporis totò genere alia est, quã in corpore.*

XIV. Falsa & erronea est ideæ Platonice adfertio.

- a. *Quia varia sunt rerum genera, quarum una communis Idea esse nequit.*
- b. *Quia non una omnium rerum scientia.*
- c. *Quia mira rerum nonnullarum vicissitudo, quæ ideam certam non constituit.*

XV. Intellectus non est assistens homini, sed eundem informans.

- a. *Quia dat differentiam specificam homini, quæ est pars princeps constitutiva speciei.*
- b. *Quia junctâ phantasiæ, sine quâ suas exercere operationes non potest.*
- c. *Quia dat denominationem homini, qui ab intellectu dicitur intelligens.*

XVI. Naturæ vim infert, qui studium discendi omne adspernatur.

- a. *Quia ipsum sciendi desiderium, quod naturale est homini, opprimit.*
- b. *Quia δυνάμιν illam φρούλον abolet, & coercet, ne in actum exeat.*
- c. *Quia natura inimicus, dum id, quod indulget, non excolit.*

Abje-

XVII. Abiecti animi est omnibus ad-
sentiri temerè.

a. *Quia natura cuiq; dedit consequenda co-
gnitionis subsidia.*

b. *Quia, si temerè adsentiatui cuius ratio,
desinit esse ratio.*

c. *Quia ad sensus is commendatur saltem,
qui probabilis est.*

XVIII. Antiquitas non est sufficiens
caussa veritatis.

a. *Quia non sunt ἀντισσέφοντα antiquum
& verum.*

b. *Quia veritas, cuiusvis temporis est &
etatis.*

c. *Quia tempus non per se, sed per accidens
caussa est veritatis.*

XIX. In Theologiâ scholasticâ multa
sunt otiosa, ut Lombardus, Scotus,
Thomas Aquinas, & alii Ethicam &
totam Philosophiam cum Theologiâ
confuderunt.

a. *Quia multa potiùs subtilia, quàm neces-
saria & utilia.*

b. *Quia abducunt animum non rarò ab
ipsis fontibus.*

C 2

c. *Quia*

c. Quia non pauca continet, quæ nec scienti profunt, nec ignorantibus obsunt.

XX. Animus hominis cognitione rerum fatiari non potest.

a. Quia inexhausta est in animo cognoscendi cupiditas.

b. Quia cognitione animus pascitur, ut corpus alimentis.

c. Quia nec defatigatur, neque quiescit, aut senescit.

SECTIO IV.

De Iustitiâ, & primò ejus membrò.

THESIS I.

Iustitia omnium virtutum Ethicarum præstantissima.

a. Quia omnes virtutes iustitiæ περιεχεται in se complectitur.

b. Quia usus ejus omni tempore est, & in omni vitæ genere.

c. Quia maxumè comparata est ad bonum publicum.

Tria

II. Tria illa juris principia, Honestè vivere, neminem lædere, & suum cuique tribuere, non tam naturâ sunt, quàm secundum naturam.

a. *Quia actus sunt maxumarum virtutum, quæ naturâ non sunt.*

b. *Quia vix longò usu & exercitatione acquiruntur.*

c. *Quia privationes naturâ sunt, quæ in locum harum virtutum successere.*

III. Rerum proprietas non naturâ, sed lege introducta est.

a. *Quia certis ac definitis modis acquirendi circumscripta est.*

b. *Quia transferri de unò potest in alium.*

c. *Quia occupatione constat: quæ n. occupari nequeunt, nullius propria esse dicuntur.*

IV. Honestior possessio est facultatum quæsitarũ, quàm à parentib⁹ relictarũ.

a. *Quia illæ propriae sunt, hæ verò alienæ.*

b. *Quia nulla sæpè caussa illarum facultatum in posteris, cum sorte veniunt.*

c. *Quia hereditas non pro virtute aut meritis, sed saltem ex eventu contingit.*

V. Plus debent liberi suis parentibus, quàm patriæ.

- a. *Quia liberi à parentibus habent esse, à patriâ verò accidentia tantùm esse.*
- b. *Quia semper major est cognitio sanguinis, quàm ullius societatis.*
- c. *Quia potestas parentum antiquior in liberos, quàm patriæ: Antiquissimum verò plerumq; honoratissimum.*

VI. Nemo est mortalium, qui extra omnem vivere societatem possit.

- a. *Quia homo naturâ ζωον πολιτικόν: sublato autem essentiali, res perit ipsa, scilicet essentia.*
- b. *Quia subtractâ omnium officiorum communicatione, ipsa vita tollitur.*
- c. *Quia soli id DEO datum, quod nullius sit indigens: DEI verò nos omnes sumus egentes.*

VII. Fides in rebus saltem licitis, non in illicitis locum habet.

- a. *Quia fides vel virtus ipsa, vel virtutibus maxumè cognata.*
- b. *Quia à fide dicimur boni, bonitas autem est rebus malis nulla.*
- c. *Quia*

c. *Quia iustitia fundamentum, cui cum malo nulla societas.*

VIII. Veritas non ex intentione dicentis, nec ex eventu, sed objecto aestimanda.

a. *Quia in conformitate & congruentia ad rem ipsam solum spectatur.*

b. *Quia efficiens & finis causae externae, quae essentiam non constituunt.*

c. *Quia intentio modum actionis mutat: Eventus autem merè est per accidens.*

IX. Non decet eos, qui frugi sunt, in contractibus sese invicem decipere.

a. *Quia omnes contractus bonae oportet esse fidei, dolus igitur omnis absit.*

b. *Quia fas non est locupletari cum alterius incommodo.*

c. *Quia non ex hominum arbitrio, sed re ipsa pretium constituendum est.*

X. Numus negociandi commodissimum instrumentum non τῆ φύσῃ, verum τῷ νόμῳ suum habet pretium.

a. *Quia pretium numi apud omnes idem non est: naturalia verò ubiq; eadem.*

C 5

b. *Quia*

b. Quia opinione hominum augetur & minuitur: naturalia verò non mutantur.

c. Quia pretium Metallorum illud unicè ex hominum arbitriò constitutum.

XI. Non ferendæ sunt in Rebuspubl. quælibet artes ἑμματαίικαί.

a. Quia nonnullæ sunt, quæ honestè exerceri non possunt, ut usuraria.

b. Quia sunt, quæ conjunctum habent certissimum bonorum dispendium, ut ἑυσοπομταίικαί.

c. Quia nonnullæ superstitiosæ, in manifestam incurrunt impietatem, ut magicæ, prestigiatrices, divinatrices.

XII. Usurarum nonnullæ in Republ. benè constitutâ, tolerandæ.

a. Quia usura est contractus licitus, secundum Jureconsultos contractus elocationis.

b. Quia justissimam habet causam, damni scilicet recompensationem.

c. Quia iniquum non est facientem suræus facere etiam lucrum.

XIII. Arcium in liberales & illiberales probabilis est distinctio.

a. Quia.

a. Quia illa liberalem, ha sordidum & illiberalem faciunt exercentis animum.

b. Quia illa ad exercitiū virtutis hominem preparāt, ha omninò ineptū eum reddunt.

c. Quia objectum illa habent jucundum & liberale, ha verò sordidū & questuosum.

XIV. Injuriā adficere nemo semetipsum potest, damnō potest.

a. Quia is, qui à se quicquam patitur, sponte patitur: volenti autem non fit injuria.

b. Quia nemo simul & plus & minus sibi sumere potest: qui enim facit injuriam, plus sibi sumit, qui patitur minus accipit.

c. Quia nemo in suam uxorem adulterium committit, neq; res suas furatur.

XV. Tyrannus, qui malō titulō rempubl. adquisivit, pejori possidet, pessimō administrat, impunè occiditur.

a. Quia juratus est Reipubl. hostis, quem impunè licet occidere.

b. Quia prestat unum tolli fontem, quàm plurimos insontes pessumdari.

c. Quia insidiator & latro est cum vitæ turæ fortunarū, cui adferri nex injusta nequit.

Inju-

XVI. Injuriam illatam qui ulciscitur, injuriam inferre minimè videtur.

- a. *Quia in incontinenti, ut loquuntur, licita est vitæ fortunarumq; defensio.*
- b. *Quia lex talionis justissima, licet à quovis justè non administratur.*
- c. *Quia vindicta istiusmodi ipsissima est justitiæ executio.*

XVII. Quæ perturbatione aliquâ committuntur, leviùs punienda, quàm quæ consultò & cogitatò.

- a. *Quia actio, ut plurimum æstimanda est ex intentione agentis.*
- b. *Quia graviùs peccat, qui delinquit ex habitu, quàm qui è quodam adfectu,*
- c. *Quia delinquentem ex perturbatione sequitur pœnitentia, è πρῶτου ἔτος verò voluptas.*

XVIII. Divitiæ non simpliciter bonum sunt, sed τῆ φύσει.

- a. *Quia divitiarum non rarò maximus abusus.*
- b. *Quia æquè & bonis & malis sunt communes.*

c. *Quia*

c. *Quia facultatum possessione nemo melior, plerumq₃ verò redditur deterior.*

XIX. Princeps non omnibus est solutus legibus.

a. *Quia superiorem habet DEUM, & interiorem naturam: illius legibus resistere impium est, hujus sibiipsi & naturæ vim inferre.*

b. *Quia idem esset atq₃ rationi sese eximere, ex hac enim natae leges.*

c. *Quia positò, nonnullis esse solutum legibus, sequetur tandem quod omnibus: idq₃ non principis est, sed tyranni.*

XX. Imperia, si de causis secundis quaestio fuerit, maximâ ex parte vi bellicâ cœpisse videntur.

a. *Quia naturâ secundum autorem omnia sunt communia: nihil verò proprium.*

b. *Quia naturâ omnes nascuntur liberi, servitus igitur contra naturam.*

c. *Quia violenta penè omnium fuere Imperiorum primordia.*

SECTIO

SECTIO V.

De quibusdam ceu Corollariis
Justitiæ, Defensione scilicet, Pro-
missis servandis, & Jure Belli.

THESIS I.

DEfensio sui suorumque pars juris
naturæ facile princeps est.

- a. *Quia maxumè comparata ad sui conser-
vationē, quam omnia naturâ consecratur.*
 - b. *Quia lesio maxumè naturæ adversatur,
siquidem conjunctam habet destructio-
nem, à quâ natura abhorret.*
 - c. *Quia proximè respicit vitam, quæ inter
functiones animalis maxumè est naturalis.*
2. Philosophus merè theoreticus præ-
claram hominis adpellationem im-
meritò sibi arrogat.
- a. *Quia præcipuum hominis finem inter
homines deserit, qui est mutua officiorum
communicatio.*
 - b. *Quia ipsi naturæ repugnat, quæ homi-
nem fecit animal sociabile, unde & nomen
homo sortitus est,*
 - c. *Quia infra hominū naturam sese abjicit,
dum,*

dum ferarum more vitam solitariã adfectat.

3. Philosophi solã noticiã justitiæ nomen justî non merentur.

a. *Quia virtutis essentia non consistit in cognitione, sed in actione & praxi.*

b. *Quia justitia tota comparata est πρὸς ἕτερον, id est, ad alium.*

c. *Quia vir justus eximiè bonus: justitiæ v. notitia etiã in extremè impbũ cadere potest.*

4. Omnis honesta actio potiùs è rebus ipsis, quàm ex intentione agentis æstimanda.

a. *Quia honestas naturã & lege definitur, non hominũ opinione & placitò.*

b. *Quia in actionibus non inquiritur de autore, sed de actionis ipsius qualitate.*

c. *Quia malum esse potest, & revera etiam est, licet voluntarium non sit.*

5. Ubi Circumstantiis locus est, ibi nec τὰ κατὰ παντός, nec καθ' αὐτό, nec καθ' ὅλας præcepta existunt.

a. *Quia, quod de omni & semper verum est, circumstantias omnes excludit.*

b. *Quia circumstantia eadem non sunt: id eòq; nec idem quod adnexus est circumstantijs;*

c. *Quia*

c. *Quia theoremata istiusmodi disciplina-
rum non τῆ φύσει sed τῷ νόμῳ constant.*

6. Cujusvis sua est actionis ratio, sic & legis, quamvis ea dari semper non possit.

a. *Quia finis, qui ad agendum impellit, non est extra rationem.*

b. *Quia omnis causa per accidens ad aliquam causam per se revocari potest.*

c. *Quia de actionibus statuendum est, non ex eventu, sed intentione ipsius agentis.*

7. Non pugnat contra officium boni viri promissum ipsò opere aliquando non impleri.

a. *Quia circumstantijs ita exigentibus bonum promissum non rarò mutari potest in contrarium.*

b. *Quia promissa estimanda sunt, non tam à parte promittentis, quàm ejus, cui promissum est.*

c. *Quia promissa facienti molesta, accipienti verò & alijs perniosa pro non promissis habenda.*

8. Metus & periculum non sunt justæ causæ

causæ

causæ non standi promissis.

a. *Quia in metû & periculô consultationi etiam locus est.*

b. *Quia metus non tollit electionem, & adfert violentiam.*

c. *Quia æquè committit perjurium, qui metû quicquam promisit atq; is, qui extra metum, uterq; enim ἐκδσιως.*

9. Promissum hosti, juramentô interpositô, datum, omninò servandû est.

a. *Quia summa necessitatis est, non temeritatis aut levitatis.*

b. *Quia violatio ejusdem in manifestum desinit perjurium, quod omnium ferè peccatorum summum est.*

c. *Quia cum minori conjuncta incommodô juramenti præstatio, quàm ejusdem violatio.*

10. Promissum, dolô interveniente, extortum servandum non est:

a. *Quia non conveniunt in subjectô ipsius promissi is, qui promisit, & cui facta promissio.*

b. *Quia bonæ fidei contractus non tam è*

D

ver-

verbis, quibus concipitur; quam τὴ δια-
 νοία estimari debet.

c. Quia, quod præter essentiam accedit con-
 tractui, ipsos non obligat contrahentes.

ii. Explosâ æquitate, summa manet
 injuria:

a. Quia quidquid extra æquitatem fit, id
 vel minimum vel parum.

b. Quia actiones hominum singulares non
 juris sed æquitatis proportionatum sunt
 subjectum.

c. Quia juris præcepta sunt maxumâ ex
 parte universalialia, quæ citra æquitatem
 singularibus non quadrant.

ii. In virtutibus non dantur gradus,
 summum scilicet & infimum, magis
 & minus.

a. Quia virtus est habitus, qui formæ equi-
 paratur, forma verò gradus nullos ad-
 mittit.

b. Quia virtus versatur ἐν τῇ μεσότητι, cu-
 jus nec excessus est, nec defectus.

c. Quia τὸ πλεον ἢ τὸ ἥττον quæ locum hic
 habent, speciem virtutis non variant.

13. Ju.

13. Jurisprudentiâ majorem habet,
quàm Medicina certitudinem.

a. Quia subjecti illius exactior, quàm hujus,
datur notitia.

b. Quia principia illius maxumâ ex parte
τῆ φύσεως, hujus verò τῆ δόξεως.

c. Quia πνεύματα in actionibus facilius
corriguntur, quàm σώματα in corpo-
ribus.

14. Scriptura de legis essentia non est.

a. Quia naturæ & gentium leges reverâ
leges sunt, quæ scriptæ tamen non sunt.

b. Quia promulgatio legis fieri etiam potest
sine scripturâ.

c. Quia scriptura symbolum, seu signum,
tam tummodò est, quod de essentiâ rei esse
nequit.

15. Bellum, partim contra naturam,
est, partim verò secundum naturam.

a. Quia injuria contrâ, propulsatio verò se-
cundum naturam est.

b. Quia servitus naturæ repugnat, libertas
verò naturæ amica est.

c. Quia bellum maxumâ ex parte repugnat

*principio illi naturali, quò vetatur læsio
alterius.*

16. Nullò juris prætextù excusatur ty-
rannis, contra eos, qui sunt capti in
bellò.

a. *Quia captis hostibus omnis nocendi fa-
cultas adempta est.*

b. *Quia in summò aliàs versantur malò
capti vi, amissâ patriâ, familiâ, fortunis,
libertate.*

c. *Quia natura illa lex omnes obligat, ne
quisquam lædatur.*

17. Duellum nullâ probabili consue-
tudine licitum.

a. *Quia incurrit in vindictam privatam,
quæ prohibita est.*

b. *Quia Magistratum debitâ fraudat auto-
ritate, dum privatis largitur, quod est su-
periorum.*

c. *Quia ordinaria juris via adversatur, ex-
plosâ negotij controversi disceptatione.*

18. Indictò bellò licitum est, quo vis et-
iam modò hostem opprimere.

a. *Quia contra hostem publicum nullum
genus*

genus armorum iniquum est, sive id fiat defensivè, sive inlativè.

b. *Quia in hoste publicò desinit omnis equitatis & justitiæ ratio.*

c. *Quia inter hostes, bellò indictò, omnis exspirat contractus, summa manet licentia.*

19. Miles, qui in officiò est, non tenetur sententia sancti præcepti.

a. *Quia necessitas nullam patitur legem, ipsâ scripturâ suffragante.*

b. *Quia sententia quinti Præcepti non tam respicit cædem, quàm cædis causam.*

c. *Quia licita est vindicta, quæ fit per Magistratus.*

20. In bellò præstat Dux ingeniosus, ei, qui est bellicosus.

a. *Quia hoc bellaarum est, illud verò hominis.*

b. *Quia hoc militum gregariorum est, illud verò peritissimorum Ducum.*

c. *Quia Agamemnon Nestori potiùs, quàm Ajaci similes sibi exigebat milites.*

S E C T I O VI.

De Liberalitate.

T H E S I S I.

Liberalitas earum rerum est, quarum aestimatione metitur numerus.

a. Quia τὰ χήματα, earumdemq; donatio proprie ad nullam virtutem aliam referuntur.

b. Quia objectum dari aliud non potest, siquidem peculiari virtuti, peculiare quoque objectum est.

c. Quia circa eas ipsas & avaritia & prodigalitas.

2. Divitiæ non ἀπλῶς & simpliciter bonum sunt, sed τῆ φύσιν.

a. Quia divitiarum abusus non raro deterrimus.

b. Quia oppositum divitiarum, indigentia scilicet non est simpliciter malum.

c. Quia conditionem suam habent non ex sese, sed hominis utentis arbitrio.

3. Multo melius est beneficium dare, quam accipere.

a. Quia

- a. Quia cuiusvis virtutis proprium est agere, non pati.
- b. Quia donatio ipsissimus divitiarum usus, acceptio verò earumdem custodia est.
- c. Quia donationem comitatur gratia, non verò acceptionem.
4. Liberalitas non est de rebus alienis, sed propriis.
- a. Quia, quod meum non est, transferri in alium rectè haut potest.
- b. Quia virtus non est, quæ unius respectu benè se habet, alterius verò malè.
- c. Quia istiusmodi donatio conjunctam habet assentationem.
5. Liberalitas non tam æstimanda est è doni præciò, quàm donantis animò.
- a. Quia virtus $\pi\rho\omega\tau\omega\varsigma$ respicit eum, qui exercet, $\epsilon\pi\omicron\mu\lambda\omega\varsigma$ verò alios.
- b. Quia virtus habitus est, unde omnis iudicatur actio.
- c. Quia multò potior est actus primus, quàm actus secundus.
6. Liberalitas propriè non est, quæ facultatibus major est.

- a. *Quia maxime cum prodigalitate conjuncta.*
- b. *Quia discedit à regulâ justæ mediocritatis, quæ ad nos est.*
- c. *Quia cum propriò interitû conjuncta est: è facultatibus enim universæ vitæ ratio pendet.*
7. Turpius est indigna dari, quàm accipi.
- a. *Quia multò gloriosius, beneficium dare, quàm accipere.*
- b. *Quia plus laudis redundat ex actione præclarâ in dantem; ergo etiam plus dedecoris ex actione vitiosâ, quàm in accipientem.*
- c. *Quia actio virtutis imputatur ei, qui exercet, non verò erga quem exercetur.*
8. Prodigus melior est avarò.
- a. *Quia multis prodest prodigus, nulli avarus, nec sibi ipsi.*
- b. *Quia faciliùs sanari potest prodigus, avarus verò insanabilis est.*
- c. *Quia prodigus stolidior quàm deterior, avarus verò omnium pessimus.*
9. Prodigus bonis suis jure interdici potest.

a. *Quia*

- a. *Quia prodigus comparatur furioso, qui administrandis rebus suis non est.*
- b. *Quia prodigus moribus puer est, cui, auctoritate Magistratus dandi sunt Curatores.*
- c. *Quia usum facultatum suarum omnino nesciunt.*
10. *Plerique è senibus avaritiæ dediti sunt.*
- a. *Quia exactius norunt usum nummi, quam juniores.*
- b. *Quia difficultates vitæ plurimas experti, quibus vix quidquam utilius medetur nummò.*
- c. *Quia maxumè de posteris solliciti, de quorum commodis cum primis satagunt.*
11. *Liberalitas dicenda non est, quæ beneficium confert in indignum.*
- a. *Quia liberalitas versatur inter conferentem & accipientem, utrobique definitò modò.*
- b. *Quia in indignum conferre beneficium summa iniustitiæ est, virtutes autem sibi invicem hæc adversantur.*

C 5

c. Quia

e. *Quia beneficium in relatione est, quod malè acceptum collatumvè, beneficium esse desinit.*

12. Liberalis propriè non est, qui acceptum beneficium aliò quodam compensat.

a. *Quia liberalitas gratuitum & spontaneum quiddam est, nullâ omninò interveniente obligatione.*

b. *Quia accepti beneficij compensatio redditio veriùs est, quàm largitio.*

c. *Quia liberalis de suo dat, qui verò compensat, beneficium quod accipit, reddit.*

13. Non decet virum frugì è quâcunque re facere quæstum.

a. *Quia nihil utile judicandum, quod honestum non est.*

b. *Quia quæstum illiberalem vetat ipsa liberalitas.*

c. *Quia mala lucra damnis sunt aequalia, juxta Hesiodum.*

14. Alea, & id genus ludi non omnes simpliciter prohibiti.

a. *Quia non ex sese illiberales & inhonesti,*

vesti, sed ex intentione exercentis.

b. Quia non sunt mali aut vitiosi moraliter.

c. Quia contractus sunt liberrimus, non vergens in detrimentum tertij.

15. Per ludum acquisita, priori Domino in forô soli jure non restituntur.

a. Quia modus acquirendi jure permissus, parit licitam possessionem.

b. Quia nec vi, nec injuriâ aut dolô, que ludô adquiruntur, extorquentur.

c. Quia maxumâ ex parte casu veniunt, que nemo, ut sua, jure repetere potest.

16. Benevolentia, amicitia multò est latior.

a. Quia benevolentia similis est adfectui, amicitia verò habitui.

b. Quia actione unâ non rarò excitari benevolentia potest, amicitia verò pluribus.

c. Quia benevolentia etiam erga ignotum est, amicitia verò erga notissimos.

17. Ju-

17. Juniorum amicitia veriùs dicitur adfectus, quàm amicitia.

a. *Quia mutabilis est, inconstans, & sæpè momentanea.*

b. *Quia non proficiscitur à judicio rectæ rationis, sed adfectuum perturbatione.*

c. *Quia conjunctum habet dolorem & pœnitentiam.*

18. Amicitia multò validior firmior, quæ inter consanguineos, quàm alienos.

a. *Quia illa nobiscum nascitur, hæc verò aliundè acquiritur.*

b. *Quia illa naturam ipsam habet sui causam, hæc verò vitæ, tamquam aliquam consuetudinem.*

c. *Quia odium & inimicitia multò acrior est inter consanguineos quàm alienos.*

19. Actio bona quædam esse potest, quæ tamen virtus non sit.

a. *Quia bonitas actionis spectatur etiam in solo opere, virtus verò insuper etiam in agente.*

b. *Quia*

b. *Quia actio bona fieri etiam potest* $\kappa\alpha\iota$
 $\tau\acute{\upsilon}\chi\eta$, *virtus verò* $\epsilon\acute{\iota}\varsigma$ $\pi\rho\omicron\delta\iota\kappa\epsilon\iota\sigma\epsilon\omega\varsigma$.

c. *Quia actio bona extra habitum etiam*
datur, virtus verò non sine habitu.

20. *Conjugium juris naturæ est, non*
verò gentium, aut civilis.

a. *Quia & animantia bruta quodammodò*
attingit.

b. *Quia in omni animantium genere sexus*
illa est differentia, quæ sine conjugio fru-
strà.

c. *Quia speciei conservatio omnium actio-*
num naturæ maxumè consentanea est.

21. *Non minùs rectum est mori pro*
salute Reipubl. quàm pro verâ reli-
gione.

a. *Quia proximò jure charitatis omnia de-*
bentur, quidni reipublicæ?

b. *Quia omnes pars sumus reipublicæ pars*
verò omnia sua debet toti.

c. *Quia summum flagitium est privatum*
bonum publicæ salutis anteferre.

SECTIO

SECTIO VII.

Continens ea, quæ habet Autor
in parte alterâ tractationis de
liberalitate.

THESIS I.

PRIMA societatis cujusque principia
sunt natura & necessitas.

a. *Quia locum habent non modò in specie
humanâ, verùm etiam brutorum.*

b. *Quia, quæ naturâ disparantur, etiam
societate & communicatione mutuâ dis-
parantur.*

c. *Quia adpetitus erga speciem naturalis
est, ut & rogandi præstandiq; ea, qui-
bus opus.*

2. Linguarum diversitas non tam ami-
ca humanæ societati quàm inimica.

a. *Quia adpetitum naturalem erga speciem
nostram cohibet reprimitq;.*

b. *Quia societatem inter homines obstruit,
quæ communis esset, si lingua & sermo
communis.*

c. *Quia lingue diversitas pleraq; abolet
media*

media ineundi cum peregrinis societatem.

3. Linguarum pluralitas & multitudo non tam DEI donum est, quàm poena.

a. *Quia linguarum multitudo secuta est culpam, culpæ autem debetur poena, non premium.*

b. *Quia societatem inter homines dissipat, bonum verò unit, malum contrà dispergit.*

c. *Quia ad consequendam rerum scientiam, viam reddit multò difficiliorem.*

4. Humanarum linguarum ambitus & multitudo nondum certò definita.

a. *Quia mentis humana fictio cogitatio vè, quæ linguas plerasq; peperit, infinita est.*

b. *Quia scriptura linguarum istam diversitatem confusionem vocat, quæ definita non est.*

c. *Quia oratio quantitatis discreta est, in quâ nec maximum, nec plurimum.*

5. Rerum proprietas naturæ non ad-versatur.

a. *Quia natura æquè ad extremorum utrumq; comparata, tota indifferens est.*

b. *Quia*

b. *Quia rerum proprietas ipsam naturam
 ουσιασ non destruit.*

c. *Quia nec ars vim facit naturæ, licet res
 naturales variè immutet.*

6. Rem publicam legibus administrari
 multò tutiùs, quàm arbitriò boni Ma-
 gistratus.

a. *Quia numquam futurus litium finis,
 cum semper alteri aliud videatur.*

b. *Quia jus ipsum conturbaretur dissen-
 sibus inter sese Magistratus de re eadem
 iudiciis.*

c. *Quia, sublatis legibus subditis minùs
 explorata esset Magistratus voluntas.*

7. Legis honorificum nomen, multò
 minùs vim obtinet, quod DEO & na-
 turæ repugnat.

a. *Quia, quod ultimum hominis finem
 evertit, lex esse minimè poterit.*

b. *Quia pro lege venditari minimè potest
 quod ipsissimis legum principiis adver-
 satur.*

c. *Quia lex norma est seu regula, recta igi-
 tur erit: Nihil autem quod contra Deum
 & naturam rectum.* Non

8. Non excusatur in forô poli & conscientia, qui legi impia obtemperat:

a. *Quia sciens, volens καὶ ὁμοθυμαδὸν peccat, quo conscientia atrociter sauciatur.*

b. *Quia Magistratus nihil juris habet in conscientias: Nulla igitur lege error iste excusari potest.*

c. *Quia Deus & natura summa lex est, contra quæ ne ullius Magistratûs decreta valent.*

9. Populi, qui dissident cælo & solo, plerumque moribus dissident & animo:

a. *Quia genitum trahit de naturâ sui loci: Diversitas igitur locorum parit diversitatem genitorum.*

b. *Quia hominis temperamentum imitatur cæli soliq; conditionem, animus verò temperamentum.*

c. *Quia mores pleriq; è consuetudine, quæ apud alios populos subinde alia est.*

10. Quæ familiæ unius, & ejusdem, naturæ quoque ejusdem & indolis:

ε

a. *Quia*

a. Quia unius sunt & ejusdem originis, quam representari necessum est, quae inde oriuntur.

b. Quia è familiâ oriundi eâdem, ceu Individua sunt ejusdem speciei.

c. Quia nec vegetabilia nec sensitiva abluunt à suo genere, quâ igitur homo?

II. Civitas & Respublica unum idemque non sunt:

a. Quia civitas vicem gerit materia, respublica verò forma, unde τὰξίς τῆς πόλεως dicitur.

b. Quia civitas esse potest absq; distinctis hominum ordinibus, respubl. verò non item.

c. Quia definitionibus differunt: Civitas enim multitudo hominum est, Respublica vero concinna ordinatio.

II. Muri Civitatem propriè non faciunt:

a. Quia in definitione Civitatis essentiali murorum nulla fit mentio.

b. Quia multi etiam, qui muris non circumscribuntur, verè ad Civitatem pertinent.

c. Quia

c. Quia muri tantum ad melius esse, defensionis scilicet causa: multæ vero civitates, quæ muris carent.

13. Nemo potest duarum Civitatum reverà civis esse:

a. Quia par relatio inter Civitatem & Civem Patrem & Filium.

b. Quia unum idemq; duorum corporum membrum esse non potest.

c. Quia civis omnia sua debet civitati: omnia autem utrivis præstare simul nemo potest.

14. Non est in potestate Civis pro arbitrio Patriam mutare:

a. Quia jure naturæ Patriæ æquè ac Parentibus obligamur.

b. Quia civis est in potestate suæ civitatis, non secus ac servus in potestate Domini.

c. Quia civis debet defensionem Patriæ, quam absens præstare non potest.

15. Non est malum morale relictam fratrem uxorem ducere secundum scholasticos.

a. Quia expressio nititur Dei mandato Deut. 25. Matum vero divinitus mandatum esse, impium dictum est.

b. Quia nuptiae, quae hoc pacto contrahuntur, jure civili haut prohibita, licet Canonico & consuetudine dudum abrogatae sint.

c. Quia ad neutram speciem foedae commixtionis referri illae nuptiae possunt.

16. Non licet liberis absque Parentum consensu nuptias contrahere.

a. Quia & jure naturae & divino, & civili, parentibus liberi obligantur.

b. Quia liberi sunt sub potestate Patris: non possunt igitur jus, quod ipsi non habent, in alium transferre.

c. Quia nuptiae, clam Parentibus contractae de jure nulla, licet de facto tolerentur.

17. Fidei & religionis diversitas non solvit matrimonium:

a. Quia legitimum est istud, locupletissimo Pauli testimonio, matrimonium; 1. Corinth. 7.

b. Quia religionis paritas non est de essentia
matri-

matrimonij, quia ea in Definitione nihil.

c. Quia species hæc divortij, non juris est, sed arbitrij & consensus ipsarum personarum, teste Paulo: si verò placuerit infideli discedere, fidelis liberatur à nexu matrimonij.

18. Triplex potissimùm deducendarum coloniarum causa est:

a. Locorum devictorum presidium, ne res novas iterum molirentur.

b. Seditiosa plebis è civitate ejectio, quod avertendarum seditionum certissimum remedium.

*c. Populi multiplicatio, multitudo enim tam Reipub. quam Civibus per sese pernicio-
sa est.*

19. Ritus defunctorum Cadavera amovendi omnes ex hominum institutio.

a. Quia apud alios populos subinde alij, naturæ alia verò apud omnes eadem.

b. Quia necessarijs de causis instituti, ut visû &

sū & odore fæda amoverentur.

c. Quia ritus illi juris gentium.

20. Belli, contrá Patriam socius, ipso facto, non jura modò, sed & vitam amittit:

a. Quia bellum Patriæ intentatum æquale Parricidio, imò gravius.

b. Quia hostilis Patriæ oppugnatio κακῶν ἰλίας.

c. Quia ipso facto defensori Patriæ summorum honorum præmia decernuntur.

SECTIO VIII.

De Fortitudine.

THESIS I.

Fortitudo omnium Virtutum Ethicarum splendissima est:

a. Quia circa objectum versatur difficilissimum, pericula scilicet in bello quæ sunt ad mortem: Difficilima verò quæq; pulcherrima.

b. Quia actio hujus virtutis omnium laborio-
borio-

boriosissima est.

c. *Quia opera fortitudinis omnium maxime in laude posita sunt.*

2. Fortitudo propriè ita dicta non ver-
fatur circa probra & infamiam:

a. *Quia unius virtutis unum tantum ada-
quatum est objectum.*

b. *Quia ad propulsandam infamiam viri-
bus corporis opus non est, sine quibus
fortitudo propriè non est.*

c. *Quia probra & diffamationes proximè
non sunt ad mortem, circa illa verò for-
titudò.*

3. Fortitudo non est, quæ audet, un-
de emergendi fiducia omninò nul-
la est:

a. *Quia omnis virtus in mediocritate πρὸς
ἡμᾶς est, circa ea occupata, quæ fieri à no-
bis possunt.*

b. *Quia fortitudo hominis naturam non de-
struit, sed perficit.*

c. *Quia audacia illud est, cum quâ nul-*

lum fortitudini commercium.

4. In naufragiō & periculis maris fortitudo propriè non exercetur:

a. *Quia frustrà est omnis vel exquisitissima etiam concertatio.*

b. *Quia in Naufragio occumbens fortitudinis præclarum nomen non meretur.*

c. *Quia istiusmodi interitum comitatur commiseratio: virtutis autem actio misericordiam non admittit.*

5. In morborum tolerantia fortitudo propriè locum non habet:

a. *Quia morbus fortitudinis instrumenta pleraq; tollit.*

b. *Quia ex morborum vel Patientia vel Impatientia nihil ad bonum publicum.*

c. *Quia fortitudinis est contra pugnare: nature autem repugnat, qui morbo, quod stultum est.*

6. Desperatio cum verâ fortitudine nihil omninò communicat:

a. *Quia desperatio consilium electionemvè non admittit.*

b. *Quia ex desperatione faciens potius*

¶

ἀκροῖως, quàm ἐκροῖως agere dicendus est.

c. Quia ex desperatione orta actio, vel furor est, vel furori similima.

7. Qui ob mali fugam mortem sibi inferunt, fortitudinis titulum non consequuntur.

a. Quia fortitudinis non est succumbere metuendis, sed ea adoriri & vincere.

b. Quia istiusmodi αὐτόχρησ mala animo suo majora ducit, ideoq; timendus est.

c. Quia ex ejusmodi interitū nihil boni ad Rempub. redit: Fortitudinis verò opera unicè serviunt commodo publico.

8. Vir fortis omnium molestissimè & ægerrimè fert mortem:

a. Quia novit mortem esse terminum omnis honestæ actionis.

b. Quia viri fortis interitus cum Republ. conjunctus, ut plurimum detrimento est.

c. Quia mors est Privatio & malum, mali autem fuga est non adpetitus.

9. In sexum muliebrem non cadit

E 5 pro-

propriè fortitudo:

a. *Quia natura sunt timidiores.*

b. *Quia corporibus ad injuriam propulsandam ferendumq; onus militiæ parum sunt validis.*

c. *Quia ad Commiserationem magis, quàm ad verberationem sunt proclives.*

10. Fortitudo non tantum in Publicis, verum etiam Privatis periculis spectatur:

a. *Quia virtus Ethica πρῶτως Privatum & proprium, ἐπομῶως verò publicum.*

b. *Quia omnium justissim. fortitudo, quæ sui, suorumq; causa exercetur.*

c. *Quia licet, pro bono publico fortitudo splendidior sit, tamen magis & minus non variant speciem.*

11. Quæ dolo geruntur præclarè in bello, fortitudinis nomen non merentur.

a. *Quia dolo quodcumq; geri potest absque viribus corporis, fortitudine non item.*

b. *Quia dolus militaris per absentem ad-*
mini-

*ministrari potest, fortitudo verò sub-
jectum non egreditur.*

*c. Quia non omnis dolus conjunctum habet
vitæ periculum, vera fortitudo autem
circa mortem.*

12. Licitum est hostem dolò & insidijs
circumvenire:

*a. Quia insidiatori non potest adferri inju-
sta nox.*

*b. Quia defensio naturalis est & licita, quo-
quo etiam fiat modo.*

*c. Quia bella deflectunt ab ordinaria ju-
ris via: Ergò nihil refert ut admini-
strentur.*

13. Omnium rerum abusus est, exceptâ
solâ virtute:

*a. Quia virtus simpliciter bonum est, cujus
abusus datur nullus.*

*b. Quia virtus non nisi in bonò, bonus au-
tem bonò abuti nescit.*

*c. Quia virtus accedente abusû nomen a-
mittit, & degenerat in vitium.*

14. Audacia timiditate deterior est:

a. Quia

- a. *Quia audacia perturbatione omnia agit :
consilio verò aliquo modo timiditas.*
- b. *Quia omnis audacia turbulenta est, timi-
ditas verò quieta.*
- c. *Quia audacia sibi met ipsi accersit interi-
tum, timiditas verò periculum decli-
nat.*
15. *Principatûs cupiditas per se in ma-
lis habenda non est :*
- a. *Quia ipsam rectam naturam æmulatur,
quæ sectatur id, quod optimum est.*
- b. *Quia generosi animi indicium, qui ægrius
nihil patitur servitute.*
- c. *Quia conjunctus cum majori communi-
catione boni, Principatus enim vitâ pri-
vatâ multò utilior.*
16. *Unius Principatûs magis est secun-
dum naturam, quàm plurium. :*
- a. *Quia bonum maximè secundum natu-
ram est, unum verò & bonum conver-
tuntur.*
- b. *Quia confusio nature inimica est : Mul-
titudine verò confusionis mater est.*
- c. *Quia*

c. *Quia unitas multitudine perfectior est, unum enim habet omnia multitudo tantum aliquid: natura vero semper intendit, quod optimum est.*

17. Qui nationis sunt diversæ, ingenio plerumque & moribus sunt diversi.

a. *Quia temperamentum nationum diversarum diversum est.*

b. *Quia institutio & exempla domestica aliarum nationum semper alia sunt.*

c. *Quia Reipubl. constitutio, præmia item & pœna apud alios nationes alia sunt.*

18. Mediæ staturæ qui sunt, animi magnitudine maximè excellunt:

a. *Quia organa in optimâ, ad virtutem cordis, quod magnitudinis illius causa creditur, proportionem sunt.*

b. *Quia in corpore majore virtus illa nimium dispergitur, in minore verò coarctatur.*

c. *Quia in quacumque re quod inter excessum est, & defectum optimum.*

19. Fortitudo est, non quæ facit, sed quæ

quæ propulsat injuriam:

a. Quia fortitudo est virtus, quæ cum actione malâ non communicat.

b. Quia cum justitia fortitudo maximè est conjuncta.

c. Quia circa difficilimum versatur, difficilius verò propulsare, quàm injuriam facere.

20. Verè laudem nactus non est, qui ad plausum imperitæ multitudinis est nactus:

a. Quia laus, quæ proficiscitur à vulgo, plerumq; caret ratione.

b. Quia maximâ ex parte fortuito ἢ κατὰ τύχην, addo etiam δὲ ἀγνοίας.

c. Quia minùs durat, sed cum ipsis in momento mutatur.

SECTIO IX.

De Magnanimitate.

THESIS I.

Magnanimitas potissimum circa honorem versatur:

a. Quia honor externum, id est bonum ad
pub.

nullam aliarum virtutum referri potest.

- b. *Quia honor est maximum externorum bonorum: circa maximum verò magnanimitas.*
- c. *Quia omnium suarum actionum premium adfectat honorem: In practicis vero finis & ipsum subjectum maxime conveniunt.*
2. Honor potius est in honorante, quàm in honoratò:
- a. *Quia honor est actus, ideoque potius est agentis quàm patientis.*
- b. *Quia ab alieno arbitrio & opinione honor proficiscitur.*
- c. *Quia est in relatione, in qua terminus à quo potior semper est eo, qui est ad quem.*
3. Contrá naturam est, nullius honoris & gloriæ desiderio teneri:
- a. *Quia omnium bonorum externorum pulcerrimum est gloria, natura verò semper circa pulcrum.*
- b. *Quia in quacumque actione gloria est ex-*
tre-

tremum illud, quod homini propositum est.

c. Quia gloria cujusdam adpetitus & desiderium in ipsis brutis quoque est evidentissimum.

4. Animus excelsior multo proclivior est ad injurias quam demissior.

a. Quia in omnibus rebus querit excellentiam, quoquo etiam id fiat modo.

b. Quia summum querit, ideoque quidquid sublime est, vi deprimat.

c. Quia arma habet injuriarum, vires & audaciam.

5. Non est magni animi alterius virtutem & facta nimium admirari & extollere:

a. Quia magnus animus nihil aestimat suam virtute majus, quod consequi non possit.

b. Quia magnanimus non alienae sed propriae virtutis perfectionem & praconium affectat.

c. Quia quicumque nimium admiratur aliena, suam ipse prodit imbecillitatem.

6. Vir.

6. Virtus non est ἀπάθεια ἢ ἡεσμία, id est, perturbationum vacuitas.

a. Quia virtus versatur circa adfectus, non ut tollat, sed ut corrigat.

b. Quia instrumenta virtutis sunt adfectus, quibus planè sublatis nulla virtutis est actio.

c. Quia nullum inter virtutem & vitium adfectibus explosis est discrimen.

7. Qui nullò terretur periculò, magnanimus dicendus non est.

a. Quia metus est naturalis, virtus autem naturalia non tollit, sed vitium.

b. Quia è metuendis nonnulla sunt atrocità, alia turpia, quorum utrorumq; justus metus est.

c. Quia omnis metus expers in seipsum est crudelis, dum quod declinare rectè poterat, malo seipsum exponit.

8. Difficiliùs est voluptatem vincere, quàm metum.

a. Quia voluptas nature maxumè est familiaris: quæ verò ejus conditionis sunt, difficilimè vincuntur.

F

b Quia

- b. Quia plures & victos, & adhuc vincit voluptate videmus quam metum.
- c. Quia plura voluptatis objecta quam metus: difficilius autem est plura vincere, quam pauciora.
9. Omnium bonorum externorum libertas est summum.
- a. Quia maxime secundum rectam naturam, qua servitutem exosa, gaudet libertate.
- b. Quia ultimum in appetitu est vivere ut velis, quod libertatis est.
- c. Quia praestantissima bona ei, qui sui juris non est, parum prosunt.
10. Civem ad capeffendam rempublicam cogi posse statuimus.
- a. Quia obligatus est ad omnis generis officia patriae.
- b. Quia cogi potest quilibet ad rei familiaris administrationem, quidni igitur ad publicam?
- c. Quia summa virtus est reipublicae administratio; ad virtutem vero quisvis potest cogi.

ii. Qui

ii. Qui Magistratum nimium ambi-
unt, meritò ab eodem arcendi sunt.

a. Quia ut plurimum sui non publici com-
modi causa id facere videntur. Frugi
igitur magistratus is est, non qui se Rei-
publ. sed cui ipsamet sese dedit respubl.

b. Quia ambitiosi & arrogantes sunt, qui-
bus in republicâ nihil perniciosius.

c. Quia magistratus est grande onus, quod
nemo spontè sed necessitate aliquâ suscipit.

12. Iniquissimum est gratis quem-
quam gerere Magistratum.

a. Quia reipublicæ administratio maxu-
mus est labor, labori autem necessariò
debetur merces.

b. Quia summa iniquitatis est publicis pro-
desse commodis, & deesse privatis.

c. Quia officiũ nemini debet esse damnosum.

13. Prestat sub eruditò quàm rudi Prin-
cipe vivere.

a. Quia homine imperitò omnium sano-
rum calculò nihil injustius est.

b. Quia imperitus sibi ipsi imperare nequit,
multò minus alijs.

F 2

c. Quia

E. Quia imperitus aliorum est mancipium;

14. Melius est, Principem in republicâ esse ingeniosum quàm bellicosum.

a. *Quia ingenium & eruditio Dux sunt, arma verò milites.*

b. *Quia omne bellum, licet justissimum, cum plurimis conjunctum est malis.*

c. *Quia animus qui ad bella, idem ad faciendam injuriam est proclivis.*

15. Præstat perpetuos in republ. quàm ambulatorios esse Magistratus.

a. *Quia reipublicæ salus in rectâ administratione consistit, quæ non, nisi usû, addiscitur.*

b. *Quia regius status est omnium præstantissimus, in quò unus perpetuò Dominus.*

c. *Quia haberi faciliùs possunt pauciores, qui ritè administrent, quàm plures.*

16. Reipublicæ administratio præceptis tradi nõn potest ut reliquæ artes.

a. *Quia ut plurimum circa τὰ καθ' ἑνάσαι versatur, quæ regulis comprehendendi nequeunt.*

b. *Quia*

b. *Quia circumstantijs plurimis plurimum est mutabilis.*

c. *Quia precepta non raro fiunt contraria.*

17. Non debetur obsequium, multo minus tributum Principi, qui scholas negligit.

a. *Quia ipsos obstruit fontes omnes καλοκαγαθίας in hominum vitâ.*

b. *Quia subditos suos omnium exponit injurijs: rudis enim omnium patet injurijs.*

c. *Quia facit, ut homo non sit, animi enim culturâ neglectâ, homo verè non est.*

18. In ociosos & desidiosos deportatione in exilium jure animadvertitur.

a. *Quia inutilia sunt reipublicæ membra, quæ jure à corpore abscinduntur.*

b. *Quia debitum, quò patriæ obstricti sunt, non reddunt.*

c. *Quia nullâ re tutelæ suæ patrocinium merentur.*

19. Artibus interdici quibusdam subditis potest, quæ ad exhauriendas facultates sunt compositæ.

F 3

a. *Quia*

- a. Quia χρηατισιμων reipublicæ summæ sunt necessariae, contraria verò inutilis.
- b. Quia privatorum bona sunt ærarium reipublicæ.
- c. Quia Magistratus est corporum Dominus, quidni igitur & bonorum?
20. Servi in civium numero non sunt habendi.
- a. Quia civitas liberorum est, qui ut vivere volunt, possunt.
- b. Quia non distinguuntur à captivis, quos liberos nemo dixit.
- c. Quia civitas ἐνοκα τῆς ζωῆς ἐνδεχομένη ἀρίστη.

S E C T I O X.

Complectens ea, quæ habet Autor in parte alterâ tractationis de Magnanimitate.

T H E S I S I.

PRæstat Principem conferre beneficium in litteratum, quàm in militem.

a. Quia

a. Quia litteratus majus habet bonum, quam miles: majus verò bonum beneficiò dignius est, quam minus.

b. Quia litteratus facile militiam addiscere potest, miles verò litteras vel vix vel numquam.

c. Quia litteratus omni tempore reipublica utilis est: miles verò saltem tempore belli.

2. Casus defunctorum etiam pertinent ad viventes.

a. Quia communi hominum opinione parentum gesta imputantur liberis: Communis autem opinio consuetudo est, quae & altera natura, & legem non raro parit.

b. Quia jura parentum multoties transeunt in posteros: de similibus autem idem est judicium.

c. Quia majorum vita posterorum non raro mores disponit.

3. Vir bonus & fortis omni fortunæ dominatur.

a. Quia τετραγωνος est, qui in omnem partem immobilis est.

F 4

b. Quia

b. Quia virtute animi excelsi omnis fortuna inferior.

c. Quia animi est virtus illa, ideoque ut ipse animus inexpugnabilis.

4. Animus ab omni violentiâ & coactione est immunis.

a. Quia ἀπαθής est, neque dolori ulli expositus.

b. Quia incorporeus est & spiritualis: incorporea autem & spiritualia vim nullam admittunt.

c. Quia perpetuam retinet libertatem, quæ adimi coactione nullâ potest.

5. Non est viri sapientis dicere: Non putâram.

a. Quia consiliô prius omnia aggredi debet, quàm quidquam agat.

b. Quia hoc ipsô differt à temerariô & stultô, qui post actum consultat.

c. Quia vir sapiens εἰδὲα est omnium: εἰδὲα verò secundum Platonem perfectissima est, & omnis erroris experta.

6. Non omnis cædes, quæ fit in bellis, tenetur quintô præceptô.

a. Quia multa bella sunt justissima, justissima igitur.

ma igitur & cades, quod verò justum
est, legi non adversatur.

b. Quia multa bella pœnae sunt, præcipien-
do autem obedientiam lex præcipit etiam
pœnam.

c. Quia nec cades, quæ per Magistratum
fiunt, quintò præceptò tenentur.

7. Mors honesta servituti est antepo-
nenda & turpitudini.

a. Quia mors omnium malorum finis est,
servitus verò initium.

b. Quia honestè mori magni animi est, tur-
pem verò servitutem perpeti, servilis est
& mancipi.

c. Quia mortem honestam comitatur eter-
na gloria, servitutiem verò perpetuum
dedecus & infamia.

8. Immanitas est hostib⁹ devictis ipsas
quoque urbes evertere.

a. Quia belli objectum primarium sunt ho-
stes, non munitiones.

b. Quia finis belli est hostium expugnatio,
non urbium everfio.

c. Quia causa belli non in rebus inanima-
tis est

tis est sed animatis: ideoq; nec vindicta & speciali mandato divino nihil præjudicatum hic est.

9. Bellô capta, furta dicenda non sunt.

a. Quia bellum est justum, quidni igitur & illa, quæ modô legitimô bellum sequuntur.

b. Quia captivitas istiusmodi legitimus est acquirendi modus.

c. Quia hosti publicè declaratô vita, multò magis igitur bona auferri possunt.

10. Extremæ crudelitatis est, urbe expugnatâ in quosvis promiscuè sævire.

a. Quia belli causa non rarò est penes paucos, quam omnes promiscuè sustinere, iniquissimum est.

b. Quia victoriâ partâ nullum ad promiscuam multitudinem redit commodum, iniquissimum igitur est, illâ amissâ ad eandem redire damnum.

c. Quia bellô durante, bonorum suorum irreparabilem plebs patitur jacturam: Extremæ igitur crudelitatis esset, finitô bellô de vitâ quoq; periclitari.

II. Non

ii. Non semper justa adhuc est belli
caussa, quæ olim justa esse potuit.

a. Quia non quovis tempore licet, quod ali-
quando licuit.

b. Quia jure usucapionis & prescriptionis
actiones civiles excluduntur, quidni
igitur & militares seu armatae?

c. Quia stante veterum injuriarum memo-
riâ, numquam defutura est belli causa.

12. Ampliatio regni justa causa belli
non est.

a. Quia conjuncta est cum manifestâ alte-
rius injuriâ.

b. Quia plerumq; nascitur ex avaritiâ &
privatâ alienæ rei cupiditate.

c. Quia tum fieri posset, quod ab utrâq; par-
te bella essent justa.

13. Non statim justa sunt arma, quam-
do petenti denegatur justitia.

a. Quia bellū est publica actio, quam absq;
gravi scelere privatus attētare non debet.

b. Quia vindicta Magistratui debetur,
quàm si non præstat, in DEUM cadit.

c. Quia privatus non est sui juris, contra
man-

mandatum Magistratûs etiam est ini-
quissimum quicquam attentandi.

14. Vir magnanimus omnium ægerri-
mè fert mortem.

a. *Quia mors præstantissimarum etiam vir-*
tutum est cessatio.

b. *Quia mors facit, quò minus ad finem*
constitutur multa perveniant.

c. *Quia, quò quis generosior, eò magis do-*
let, quod mereri de omnibus non possit.

15. Honestiùs certatur de gloriâ, quàm
divitiis.

a. *Quia gloria est honestius bonum, quàm*
divitiæ.

b. *Quia ab indole generosioris animi profi-*
ciscitur gloria, quàm divitiarum cupi-
ditas.

c. *Quia gloria cordatorum virorum pro-*
pria est, divitiæ verò promiscuè omnium.

16. Non est contra officium magnani-
mi, & vitâ & famâ rei publicæ salutem
redimere.

a. *Quia propter bonum publicum priva-*
tum meritò negligitur.

b. *Quia*

b. *Quia incolumitatis TOTIUS ergò quidvis membra decet.*

c. *Quia bonus civis totus in salutem reipublicæ est comparatus, quam provehere quâvis etiam ratione oportet.*

17. Republicâ in extremô constitutâ periculô, quivis cogi ad arma potest.

a. *Quia singuli sunt reipublicæ subditi, qui in causâ justissimâ nolentes cogi possunt.*

b. *Quia respublica singulis præstat defensionem; jure igitur à suis eandem sibi vendicat.*

c. *Quia inter rempublicam & subditos certa intervenit obligatio, quæ quovis etiam modô exigitur.*

18. Quæ privatô ausû gesta minùs feliciter ceciderunt in bellô, eorum culpam jure luit autor.

a. *Quia iεεαεξία quædam est bellum, in quâ privatâ autoritate fieri nihil decet.*

b. *Quia distractis consilijs ipsa quoq; distrahuntur auxilia, quæ certiss. sequitur perniciës.*

c. *Quia re benè feliciterq; gestâ ad autorem redit*

redit gloria & commodum, qui igitur
non malè & infeliciter, turpitudine & da-
mnum?

19. Cunctatio in gerendò bellò festi-
natione multò melior est.

a. Quia illa cum consiliò, hæc cum temeri-
tate plerumq; est conjuncta.

b. Quia illa argumentum est singularis er-
ga militem amoris, hæc verò cujusdam
ἀσοςυίας & inhumanitatis.

c. Quia plura bella cunctatione moderatâ,
quàm festinatione nimiâ gesta sunt.

20. Nihil in Senatû æquè pernicio-
sum est, quàm liberè, quid sentias,
non dicere?

a. Quia dissimulatio ista cum extremò ve-
ritatis conjuncta est dispendiò.

b. Quia occasionem præbet ὀλιγαρχίας, quæ
perniciosa est reipublicæ πῦρκασις.

c. Quia Senatus majestatem extremo ex-
ponit contemptui, dum sint, qui nihil
preterquam numerum suppleant.

SECTIO

SECTIO XI.

Complectens ea, quæ habet Au-
tor in ultimâ parte tractationis
de Magnanimitate.

THESIS I.

PRæstat divites eligi Magistratus,
quàm pauperes.

a. *Quia necessitate jubente, pauperior sua
potiùs quàm aliena curat: cura autem
divisa, semper fit minor.*

b. *Quia pauperi alium suadet finem ne-
cessitas, quàm qui magistratui proprius est.*

c. *Quia validior sensus est, circa domesti-
cas molestias, validior igitur & cogi-
tatio.*

2. Ægrè administratur respublica ab
iis rectè, quibus nihil inde redit.

a. *Quia optimus quisq; suorum laborum
exoptat præmium, defatigatur autem in-
gratitudine.*

b. *Quia præmium diligentie & industrie
majoris calcar est.*

c. *Quia*

c. *Quia excellentissimarum virtutum opera exerceri non possunt, nisi ad iumenta aliò accedant.*

3. Justorum tributorum per Magistratum exactio utilitati civium non ad-
versatur.

a. *Quia justa tributa summè sunt æquitas, cor reipublicæ Magistratus est, cui reliquum corpus quidvis debet.*

b. *Quia instrumenta sunt & nervi publicæ defensionis, quâ sublatâ, perit omnis in civitate utilitas.*

c. *Quia privata utilitas revera nulla, quæ reipublicæ est detrimento.*

4. Frugi Magistratûs est omnibus in
republ. ordinibus æquè providere.

a. *Quia capitis est curam parem omnium membrorum agere.*

b. *Quia æqualiter omnibus ordinibus obligatus est.*

c. *Quia corpori benè non est, si uni alteriusve membro malè sit.*

5. Magistratus nomen non tam honoris est, quàm laboris.

a. *Quia*

- a. Quia non quæ sua, sed quæ sunt civium, consecratur & querit.
- b. Quia laboriosum est res suas procurare, quidni laboriosissimum aliorum?
- c. Quia sibi revera non vivit, qui Magistratum gerit, sed alijs.
6. Nihil æquè dedecet frugi Magistratum, quàm falsis criminibus alios in odium vocare.
- a. Quia Magistratus vitæ fortunisque subditorum, utpotè rebus preciosissimis datus, quibus utrisque fama multò est præstantior.
- b. Quia Magistratus vivæ lex est, quæ nulli omninò facit injuriam.
- c. Quia cum personam privatos exuere oportet adfectus, nec aliter, quàm secundum acta & probata judicare.
7. Degeneris Magistratus indicium est cum alijs de honore contendere.
- a. Quia longissimè re motum ab omni ambitione oportet esse Magistratum.
- b. Quia Magistratus non tam honoris quàm laboris officium.

G

c. Quia

c. Quia gliscente in senatū ambitione, vix speratur consiliorum consensus.

8. Dissensio, quæ fit cum iudiciō inter bonos viros, inimicitia dicenda non est.

a. Quia inimicitia omnis oritur è vitiosa quâdam perturbatione.

b. Quia rectum iudicium inimicitiam tollit, non igitur parit.

c. Quia dissensio istiusmodi omni caret acerbitate, cum quâ inimicitia est conjunctissima.

9. Ira cum virtute fortitudinis nihil communicat.

a. Quia vitium est ira, cui cum virtute nihil commune.

b. Quia rationi inimica, virtus autem omnis cum ratione.

c. Quia perturbatio vehementior, cuius moderatrix virtus.

10. Non est usquequaque verum Philosophi axioma: Ira utendum non ut duce, sed ut milite.

a. Quia tota essetia iræ est rationi adversari.

b. Quia

- b. *Quia ira esse desinit, si rationi sese accommodet.*
- c. *Quia irâ animum occupante, dominium rationis exspirat.*
11. *Ira, quæ proficiscitur ab officiô, vera ira non est, sed zelus sive severitas.*
- a. *Quia carere potest peccatô.*
- b. *Quia conjunctam habet consultationem.*
- c. *Quia reipublica summè necessaria, in quâ partes multæ jacent, jacente severitate.*
12. *Publica castigatio non potest vacare ignominiâ.*
- a. *Quia causa castigationis publicæ enormis.*
- b. *Quia publica castigatio non tam ob pœnam, quàm turpitudinem metuenda.*
- c. *Quia publicè tributum præmium honoris: Contrariorum autem est contraria ratio.*
13. *Pœnæ proportionem debent constare Arithmeticâ, non Geometricâ.*
- a. *Quia in pœnis non personæ, sed culpæ habenda ratio.*

b. Quia caussis ijsdem positis, idem quoque sequitur eventus.

c. Quia pœna decernuntur legibus, quæ eadem ijsdem tribuunt.

14. Præstat rempublicam legibus, quàm Magistratus arbitriò regi.

a. Quia leges carent adfectibus: Homines verò ijsdem facile præoccupantur.

b. Quia leges immutabiles, Magistratûs levi de causâ sæpè mutantur.

c. Quia leges vacant criminatione, Magistratus verò ijsdem obnoxii.

15. Multò difficilior est secundam, quàm adversam fortunam perferre.

a. Quia fortunam secundam plura oppugnant vitia, quàm adversam.

b. Quia difficilior est scientiæ habitus, quàm privationis.

c. Quia virtus in re nimium lætâ periclitatur, in adversis verò exercetur, & elucet.

16. Præstat clementiâ & humanitate, quàm rebus bellicis excellere.

a. Quia clementia & humanitas de omnibus studet benè mereri.

b. Quia

- b. Quia gloria clementia cum nullius con-
juncta est incommodo.
- c. Quia nihil in bello geritur strenue, quod
habeat quidquam admixtum vitii, in vi-
ctoria vero sibi temperare rarissimum est.
17. Vir felix etiam opus habet amicis.
- a. Quia vita jucunda nulla, ubi non est bo-
norum amicitia.
- b. Quia cuiusque felicitatis ornamentum
amicitia.
- c. Quia vel virtus ipsa, vel ejusdem com-
plementum amicitia.
18. Non decet virum frugi aures dare
adulationibus.
- a. Quia aequè grave est audire mendacium
atque dicere.
- b. Quia aequè decet virum frugi alterius,
quam propriam famam curare.
- c. Quia non decet frugi virum audire se ab
aliquo in os laudari.
19. Majora semper gerere possunt Ma-
gistratus, quam subditi.
- a. Quia latissime Magistratus patet admi-
nistratio.

- b. *Quia ad plurimos pertinet.*
 c. *Quia nervos habet ad majora gerenda
 majores.*
20. Vita Philosophica animum excel-
 sum non tollit.
- a. *Quia Philosophica vita nihil excelsum
 putat, quod revera non est.*
 b. *Quia vita verè Philosophica omni for-
 tunâ superior.*
 c. *Quia circa celsissima quæq; & sublimia
 Philosophia speculatur.*

SECTIO XII.

De Temperantiâ & Decorô.

THESIS I.

Temperantia in plerisque præcellit
 fortitudinem.

- a. *Quia conjunctissima est cum sedatione
 perturbationum animi omnium.*
 b. *Quia amplectitur universum vitæ hu-
 manæ decorum: hinc vitæ ornatus ad-
 pellatur ab autore.*
 c. *Quia circa corporis voluptates & cupi-
 dita-*

ditates, quæ omnium adfectuum concitatis-
sima sunt, coërcendas versatur.

2. Temperantia cum modestiâ eadem non est.

a. Quia temperantia circa voluptates, modestia verò circa honores, occupatur.

b. Quia extrema temperantia sunt ἀσωτία
ἢ ἀναισθησία: Modestia verò φιλοτιμία
ἢ ἀφιλοτιμία.

c. Quia eodem modo virtus utraque hauri
comparatur.

3. Temperantia fortitudine multò difficilior.

a. Quia difficilius est moderari cupiditatibus, quàm iracundia: Maximè enim naturalis concupiditas est.

b. Quia pluribus opus est adminiculis ad habitum temperantia, quàm fortitudinis: quæ verò maxumè naturalia, difficilius mutantur.

c. Quia plura impedimenta temperantia, quàm fortitudinis: quod verò plus habet impedimenti, plus etiam habet difficultatis & momenti.

4. Decorum sive τὸ πρέπον latius est honesto.

a. Quia decorum eorum quoque est, quæ naturalia sunt: honestum verò propriè actionum, sive ipsorum est operum.

b. Quia decorum ad ipsos quoque pueros pertinet: honestum verò propriè loquendò, proficiscitur ex habitu.

c. Quia decorum virtutum quoque intellectualium est, honestum verò propriè moralium.

5. Decorum è nullâ re magis, quàm temperantia cernitur.

a. Quia summè decorum illud est, quod à brutali naturâ hominem maxumè abducit, quod sanè facit temperantia.

b. Quia nihil aequè indecorum, quàm quod ex intemperantiâ peccatur.

c. Quia decorum illud maxumè circa corpus est, quod omnibus longè est notissimū.

6. Decorum Ethicum potiùs in moribus corporis, quàm in animò versatur.

a. Quia ipsam concernit actionem, quæ tota
exter.

externa est, & corpore propriè exercetur.

b. Quia sensû, non animô, judicatur: omne verò sensile in aliquô est corpore.

c. Quia illas moderatur perturbationes, quas virtus ipsa: virtus autem circa appetitum, qui corporis est animati.

7. Decorum non pertinet æqualiter ad omnes virtutes.

a. Quia decorum virtutum ἐμνηστικῶν par essentialis est: aliarum verò solummodò accidens.

b. Quia decorum modum agendi respicit, non ipsum virtutis habitum.

c. Quia decorum ipsam virtutem non constituit, licet eandem multò reddat illustriorem.

8. Decorum quod naturæ, non est certum indicium ejus, quod est virtutis.

a. Quia non habent se ad invicem ut causa & effectus.

b. Quia causis maxumè differunt.

c. Quia subjectis distinguuntur.

9. Decori exercendi præcepta sufficien-

cientia dari non possunt.

a. Quia circa objectum versatur singulare, quod scientiam propriè non facit.

b. Quia circumstantiis adligatum, quæ subinde mutantur.

c. Quia iudiciò prudentis aestimatur, quæ legum supplet defectum.

10. Decorum nimis adfectatum, indecorum non rarò est maximum.

a. Quia decorum, ut & virtus ipsa in mediocritate.

b. Quia circumstantiarum neglectione, quævis violatur actio.

c. Quia extrema est levitas, quæ vitiò carere numquam potest.

11. Decorum non simpliciter, sed ex personâ exercentis aestimatur.

a. Quia bonum & honestum est, quod utrumq;, nisi ex subjectò.

b. Quia respectû personarum variatur: alia enim persona, aliud quoque decorum.

c. Quia factâ personarum mutatione definitur.

12. Decorum præcipua amoris caussa
& vinculum.

a. *Quia naturalis in omnibus erga deco-
rum adfectus.*

b. *Quia decorum erga quosvis convenien-
ter se habet.*

c. *Quia cum virtute, qua sui amorem ubi-
vis exuscitat.*

13. Decorum virtute multò est diffici-
lius.

a. *Quia virtutis exercenda ratio definita,
decori non item.*

b. *Quia virtus definitum suum habet ob-
jectum, decorum verò indefinitum.*

c. *Quia virtus seorsus ad exercentem, de-
corum verò ad alium refertur.*

14. Decorum in moribus, non cultû
corporis cernitur.

a. *Quia decorum honestatis ac virtutis si-
mulacrum.*

b. *Quia corporis cultus etiam nauci homi-
nibus, decorum verò frugi proprium.*

c. *Quia cultus corporis quibusdam turpis
esse potest, decorum nulli.*

15. De-

15. Decori præcipuum ornamentum,
verecundia & modestia.

a. Quia nihil æquè decet virum frugi,
quàm offendere neminem.

b. Quia generosissima indolis præclarum
argumentum.

c. Quia impudentia omne decorum fundi-
tùs subvertit.

16. Natura decori magistra.

a. Quia natura semper, quod optimum est,
intendit.

b. Quia natura ordinis observantissima:
τὸ πρῆπον verò ipsum εὐτακτον.

c. Quia ad hominum societatem maxumè
adcommodatam.

17. Decorum in summâ versatur cor-
poris animique harmoniâ.

a. Quia decorum hominis, qui ex utroq;
constat corpore & animo.

b. Quia animus decori causa, corpus verò
subjectum recipiens.

c. Quia decorum est actio, quæ non nisi à
parte utrâq; exercetur.

18. Adpetitus humanus nec absolutè

rati.

rationalis, nec brutus.

- a. *Quia rationi adversatur, audire tamen eamdem potest.*
- b. *Quia specie differt ab adpetitu brutorum, qui totus ἀλογος est.*
- c. *Quia nascitur ex unione corporis cum animâ.*

19. Non omnis in homine adfectus vitiosus,

- a. *Quia nonnulli sunt, qui purè naturales: purè autem naturalia non sunt vitiosa.*
- b. *Quia quorundam actus boni & laudabiles, ut σοφῆς parentum erga liberos.*
- c. *Quia contrarij sunt adfectûs, qui simpliciter mali, ut malevolentia, mendacium, &c.*

20. Adfectus & adpetitus rationem totius corporis sequitur habitudo.

- a. *Quia corpus adpetitui obsequentissimum.*
- b. *Quia corpus instrumentum adpetitûs, conditionem igitur ejuslem imitatur.*
- c. *Quia in potentia est corpus, quàm adpetitus, informant.*

SECTIO

SECTIO XIII.

De variis hominum inclinationibus & moribus, pro ritè exercendò decorò.

THESIS I.

Homo ad ludum & jocum factus non est.

a. *Quia natura semper intendit quod est optimum.*

b. *Quia finis hominis necessitatis est, non vanitatis.*

c. *Quia finis per accidens verus & legitimus non est.*

2. Ludus & jocus si εὐκαίρως exercean-
tur, non improbantur.

a. *Quia per se mali non sunt & vitiosi.*

b. *Quia honesta sunt vitæ humanae recre-
atio.*

c. *Quia similes sunt somno & quietibus
cæteris.*

3. Genus jocandi unum non est &
simplex.

a. *Quia*

a. Quia modus jocandi unus non est & simplex.

b. Quia objectum joci varium & diversum.

c. Quia intentio jocantis non ad unum finem.

4. Jocus non obscurus ipsius ingenii index.

a. Quia ex natura potius instinctu, quam ex arte proficiscitur.

b. Quia in jocando ipsius decori usus longè maximus.

c. Quia tantum differunt joci, quantum personæ ipsæ.

5. Comœdia in republicâ benè constiturâ, non est prohibita.

a. Quia salutaria morum præcepta licita.

b. Quia bono & utili fine instituta.

c. Quia viva totius vitæ sortisq; humanæ representatio.

6. Apohhthegmata plus faciunt sæpè ad mores, quam seriò dicta.

a. Quia propter conjunctam festivitatem minùs agrè admittuntur.

b. Quia

b. Quia propter aliquam novitatem felicius retinentur.

c. Quia callidè & calidè ad ἐπικώρθωσιν comparata.

7. Obscoenitas πρώτως in rebus, δευτέρως verò in verbis:

a. Quia verba id, quod sunt, debent rebus.

b. Quia signum imitatur conditionem rei signata.

c. Quia verba aestimantur ex objecto, quod significant.

8. Ludò aduicita, bonò titulò possidentur.

a. Quia ludus contractus aliquis est.

b. Quia ex fortunæ potiùs beneficiò, quàm ex arte istud lucrum.

c. Quia moderatè exercitus, haut illicitus est adquirendi modus.

9. Ludò perdita, ac non soluta, jure exiguntur.

a. Quia certa inter ludentes intervenit stipulatio.

b. Quia turpis modus lucrandi (positò) non parit, inquam, actionem.

c. Quia

ε. *Quia quilibet, quod suum est, jure petere potest.*

10. *Lusus parvæ pilæ juniori ætati accommodatissimus.*

a. *Quia viribus hujus ætatis adprimè conveniens.*

b. *Quia cum moderatâ corporis motione conjunctus.*

c. *Quia superfluos humores, qui huic ætati familiares excitatô sudore propellit.*

11. *Venatio non injuria veri belli præsentatio.*

a. *Quia eâdem cautione administratur, quâ ipsum bellum.*

b. *Quia non minori periculô obitur atque ipsum bellum.*

c. *Quia & vires & instrumenta pleraq; cum bellô habent communia.*

12. *Mens hominis cognitione nullâ exsatiari potest.*

a. *Quia omnis magnitudinis experta.*

b. *Quia inexhaustum menti inditum sciendi desiderium.*

H

c. *Quia*

c. Quia nosse verè bonum, boni verò adpetitus perpetuus.

13. Corporis voluptas, hominis præstantiâ satis digna non est.

a. Quia semper conjunctum habet quidquam turpitudinis.

b. Quia plerumq; comitem habet verecundiam & pœnitentiam.

c. Quia adpetitus voluptatis ut plurimum dissimulatur.

14. Ratio victus simplex plurimum præstat ciborum varietati.

a. Quia mediocritas in quâvis re optima.

b. Quia ciborum varietas ob temperiem sui diversam plurimum debilitat ventriculum.

c. Quia uniformem gignit sanguinem, qui nutriendô corpori aptissimus.

15. Inclinationum in hominibus ratio firma dari non potest.

a. Quia δυνάμεις sunt φυσικαί, quæ per causam non insunt.

b. Quia variant pro varietate individuum, quorum nulla scientia.

c. Quia

c. Quia sequuntur conditionem temperamenti, cujus causa in singularibus itidem incognita.

16. Ἰδ' ἰσωνησείας certa & sufficiens causa nondum inventa.

a. Quia non est adfectio speciei, sed vix unius alteriusvè singularis.

b. Quia in creaturâ rationali propriè non querenda, cum præter voluntatem.

c. Quia nec elementorum formæ, unde vulgò deducuntur, cognita.

17. Inclinationum operationumvè in hominibus diversitas, non arguit diversitatem formæ.

a. Quia anima, quæ hominis forma est, agit, prout corporis dispositionem nacta est.

b. Quia forma ultima cujusq; rei una, quæ præter animam alia esse non potest.

c. Quia inclinationes & operationes illa specificæ non sunt, ideoq; nec ex aliâ formâ.

18. Animorum varietas dicitur non actu primò, sed secundò.

a. Quia anima hominis specie una, forma enim est specifica.

H 2

b. Quia

- b. Quia anima incorporea est, ideoq; acci-
dentium propriè expers.
- c. Quia animorum varietas proficiscitur à
varietate organorum.
19. Naturâ repugnante, frustrâ spera-
tur in aliquâ re excellentia.
- a. Quia causa excellentiæ gemina φύσις καὶ
τέχνη; è quibus sublatâ alterutrâ, excel-
lencia nulla sequitur.
- b. Quia ars natura non est domina, sed mi-
nistra; causa autem ministra parùm
agit absq; principali.
- c. Quia inclinatio ad rem aliquam parit
voluptatem, quâ sublatâ, frustrâ est in-
stitutio.
20. Natura artis adminiculô non ad-
iuta, rarò consequitur excellentiam.
- a. Quia ars natura, in quibus communi-
cant, directrix.
- b. Quia natura ad sui perfectionem per se
ipsa satis non est.
- c. Quia natura διαθεσιμὸν saltem adfert,
actum verò aliundè accipit.

SECTIO

SECTIO XIV.

De Decorô, Respectû quarum-
dam ætatum & ordinum in
vitâ humanâ.

T H E S I S I.

DECORUM cuius personæ, ætati &
ordini idem non est.

a. *Quia alia ætas, vita & persona, alios
quoq; mores postulat.*

b. *Quia duo cum faciunt idem, non est idem.*

c. *Quia alia & persona & ætatis, & ordinis
alius ratio.*

2. Virtus absque exceptione personæ,
loci & temporis, perpetuò est deco-
rum.

a. *Quia virtus ἀπλῶς & simpliciter bo-
num est.*

b. *Quia virtus οὐσίαν suam ex sese habet,
non verò aliundè.*

c. *Quia virtus circumstantiarum respectû
essentiam suam non mutat.*

3. Optima hæreditas, quæ posteris re-

linquitur, est gloria virtutis.

a. Quia omnium externorum bonorum pulcerrima.

b. Quia maximè durabilis, & apud viros frugi amabilis.

c. Quia non nisi bonis & cordatis contingere hominibus potest.

4. Aetatum indoles & ingenium educatione non penitus mutantur.

a. Quia cuiq; aetati ingenium suum est ingenitum & naturale.

b. Quia non nisi temporis decursu mutatur.

c. Quia suum est & crescendi & florendi & fructificandi in arboribus tempus.

5. Adolescentia plerumque ad animi insolentiam proclivis.

a. Quia perpetuis ducitur persuasionibus.

b. Quia rerum imperita suo omnia minora ingenio aestimat.

c. Quia foedum insolentiae vitium non nisi iudicio accedente deponitur.

6. Adolescentia non injuria cum formosissimâ aetate comparatur.

a. Quia

- a. *Quia, uti aestas floret, & spem sui facit longè maximam.*
- b. *Quia subinde nova capit incrementa, & propius accedit ad maturitatem.*
- c. *Quia aequè, ut fruges maximè metuendis obnoxia incommodis.*
7. Vitia adolescentiæ minùs severè atque ætatis virilis castiganda.
- a. *Quia plerumq; ætatis sunt vitia.*
- b. *Quia ex judicij imbecillitate ut plurimum profecta.*
- c. *Quia per ætatem sibimet ipsi imperare non potest, ideoq; non prorsus ἐκδουλία, id est, spontanea.*
8. Nulla virtus adolescentiam magis exornat atque reverentia.
- a. *Quia autoritate & consiliò seniorum maxumè opus habet.*
- b. *Quia naturalis inter ætatem juvenilem & senilem id flagitat relatio.*
- c. *Quia nullò aliò pactò aliorum sibi demereri gratiam potest.*
9. Proxima reverentiæ virtus, quæ adolescentiam addecet, aborū est tolerantia.

- a. Quia laboris assiduitas presentissimum contra libidinem remedium.
- b. Quia efficacissimum ad vires corporis augendas adminiculum.
- c. Quia necessaria est preparatio ad reliquas vite molestias facilius exantlandum.

10. Adolescentia ad obeunda officia civilia & bellica minus idonea.

- a. Quia necessarijs & animi & corporis viribus destituitur.
- b. Quia utrumq; hoc officium presupponit usum, quò adulescentia etiamnum caret.
- c. Quia adfectibus coërcendis nondum est, quibus in istiusmodi officijs nihil perniciosius.

11. Adulescentia optimos & probatissimos ephoros sibi eligere non potest.

- a. Quia iudicij dexteritate destituitur adhuc.
- b. Quia suo promptè, ulterius verò ingenio invitè obsequitur.
- c. Quia similis sibi semper jungit simile.

12. Verecundia ætati senili turpis.

a. Quis

- a. Quia præsupponit metum cuiusdam errati.
- b. Quia ex malis nascitur, sive revera illa sint, sive opinione.
- c. Quia verecundiam plerumq; sequitur pœnitentia.
13. Senibus labor minuendus, exercitationibus verò animus augendus.
- a. Quia accedentibus annis decrescit vis corporis, adcrescit verò ingenij.
- b. Quia mens hominis non senescit.
- c. Quia in senio maxuma exercitationum animi sublata impedimenta.
14. Nulli ætati fœdior & libido & luxuria quàm senili.
- a. Quia ex judicij proficiscitur infirmitate.
- b. Quia conjunctam semper habet pœnitentiam, quæ huic ætati turpissima.
- c. Quia vitium est in junioribus inexcusabile.
15. Magistratum præstat esse perpetuum quàm ambulatorium.
- a. Quia in monarchiâ, quæ optima reipub. forma creditur, magistratus perpetuus.
- H s
- b. Quia

b. *Quia maxumâ opus habet experienciâ,
quæ longi est temporis.*

c. *Quia mutatio Magistratus frequentior
novas parit leges.*

16. In Magistratum cooptandus non
est, qui prorsus imperitus.

a. *Quia capra non regitur à caprâ, nec bos
à bove.*

b. *Quia sibi metipsum imperare non potest.*

c. *Quia instrumenta ad tractandam rem-
publicam sunt litteræ summè necessaria.*

17. E patre cive natus, veriùs civis ex-
istimandus, quàm ex matre.

a. *Quia à potiori parte semper fit denomi-
natio, caput enim suæ familiæ pater.*

b. *Quia forum mulierum est persona ma-
riti, qui non igitur & liberorum?*

c. *Quia ex patre statuitur nobilitas, mul-
tò magis igitur & civitas.*

18. Magistratus sceleratis pœnam me-
ritam jure remittere non potest.

a. *Quia legibus oportet satisfieri & ju-
stitiæ.*

b. *Quia malum puniendum.*

c. *Quia*

c. *Quia non frustra Magistratus gerit gladium.*

19. Alienigenas in civitatem cooptari licitum, non tamen citra delectum.

a. *Quia summè est necessitatis, omnes enim in unô locô vivere non possunt.*

b. *Quia decori; quò enim respublica populosior, eò decentior.*

c. *Quia frequentia hominum ipsissimum reipublica robur.*

20. Peregrinis officia publica promiscuè non committenda.

a. *Quia summum flagitium est, nativum, si idoneum est, negligi præ adscitiò.*

b. *Quia alieniores id factum reddit à republicâ ipsos Patriotas.*

c. *Quia eâdem curâ & adfectû non sunt ad rempublicam advena, quâ inquilini.*



SECTIO

SECTIO XV.

De Decorò, quod spectatur in
iis, quæ circa corpus.

THESIS I.

Figura corporis humani præ reli-
quorum animantium maximè de-
cora.

a. Quia omnium rectissima; rectum verò
quodq; maximè decorum.

b. Quia maximè decora singularum par-
tium juxta præstantiam earumdem col-
locatio.

c. Quia ad exercendas omnis generis actio-
nes longè aptissima.

2. Corpus primi hominis staturæ fuit
perfectissima.

a. Quia alia generationis, alia item creatio-
nis ratio, è quib. illa à potentiâ ad actum
progreditur, hæc verò ipsum statim
actum producit.

b. Quia creature inferiorum generum per-
fectæ, quidni igitur & homo cætera-

runz

rum creaturarum dominus?

- c. Quia statim post creationem matrimonio initiatus, quod corporis perfectionem postulat.*
3. Nuditas in primis parentibus summæ venustatis fuit.
- a. *Quia extra peccatum nulla turpitudine, aut obscœnitas.*
- b. *Quia corporibus integris nulla re extrinseca opus.*
- c. *Quia vestimenta necessitatis, non venustatis genera πρῶτως, usurpari cepta.*
4. Nullum in corpore humano membrum naturâ turpe aut inhonestum.
- a. *Quia corpus ipsum, quod totum, turpe non est, partes verò imitantur conditionem sui totius.*
- b. *Quia nullum membrum in primis parentibus turpe; non igitur naturâ, sed tantum ex accidenti turpitudine.*
- c. *Quia totum corpus in die novissimo excitabitur, ideoq; & membra singula, extra omnem tamen turpitudinem.*

5. Lex

5. Lex & Natura omnis honestatis & turpitudinis regula.

a. Quia ex utrisq; actiones omnis generis rectissimè judicantur.

b. Quia propter utramq; & Lex, & Natura tota comparata.

c. Quia οὐδὲν ἄνθρωπος ἐστὶν νόμος οὐδὲ πρᾶξις, ut habet Apostolus; Lex verò rectitudini nature minimè repugnat.

6. Objectum honestatis & turpitudinis ut plurimum indifferens.

a. Quia in hominis situm est potestate.

b. Quia objectum contrariorum est idem.

c. Quia quò quicquam præstantius, eò deterior existit ejusdem abusus.

7. Falsum est ea, quæ re ipsâ turpia sunt, verbis non dici flagitiosa.

a. Quia oratio ipsa rei gesta representatio; ut igitur quicquã in esse, ita quoq; & in dici.

b. Quia oratio conditionem rei mutare nullò modò potest.

c. Quia oratio dicitur vera vel falsa propter rem ipsam; quidni igitur propter eandem honesta, vel turpis?

8. Sen-

8. Sensus non sunt veri semper iudices illius quod est honestū vel turpe.
- Quia sectantur, & exosculantur id quod sibi amicum.*
 - Quia sensus quatenus talis non cognoscit, aut iudicat præter suum objectum.*
 - Quia discrimen honesti & turpis cum discursu conjunctum, qui in sensum propriè non cadit.*
9. Motio sive agitatio corporis à dextrâ ad sinistram maximè naturalis.
- Quia agilissima; natura enim principium omnis motus.*
 - Quia validissima; natura verò in suo principio plurimum semper potest.*
 - Quia precipuarum operationum causa; natura verò semper causat, q̄ est melius.*
10. Turpitudine nascitur non ex objecto, nec tota è personâ agentis, sed ut plurimum ex modo agendi.
- Quia objectum actionis ut plurimum indifferens.*
 - Quia in actiones non attenditur persona agentis, sed id quod actum est.*
 - Quia*

c. *Quia modus agendi cum ipsâ actionis
essentiâ conjunctissimus.*

ii. *E balnearum genere Thermæ faci-
lè præcipuæ.*

a. *Quia maximè naturales; naturalia ve-
rò ipsi naturæ aptissima.*

b. *Quia præter lotionem etiam medicinam
corpori præstant.*

c. *Quia præter utilitatem multiplicem, mi-
nus sunt operosa.*

12. Philost. *γηρας ἀνθρώπων τὰ βαλανεῖα, Sc-
necta hominum balnea calida.*

a. *Quia conferunt ad corporis mundiciem,
quâ natura delectatur & conservatur.*

b. *Quia excitant sudorem, per quem super-
fluitas noxiorum humorum expellitur.*

c. *Quia calorem in corporibus senilibus de-
ficientem fovent, & exuscitant.*

13. *Certamina gymnica antiquitus fre-
quentata, nostrâ tempestate jure pro-
hibita.*

a. *Quia cum turpitudine aliquâ conjuncta;
nuditas verò in publico fæda.*

b. *Quia nullius necessitatis, & usus, frustra
igitur.*

c. *Quia*

c. Quia si primam originem spectes, è causa non admodum bona profecta.

14. Vestimenta quantum ad originem attinet, non honestatis, sed fæditatis humanæ indicia.

a. Quia sunt ex eorum numero, quæ sunt pœna peccati.

b. Quia πῶτος, in tegumentam turpitudinis comparata.

c. Quia necessitatis ergò inventa; quod verò totum necessitatis est, propriè honestatis esse non potest.

15. Lex vestiaria & necessitatis est, & decori.

a. Quia tam publici, quàm privati commodi causa lata.

b. Quia luxus cujusq; prohibitio summè necessaria.

c. Quia discrimen facit inter ordines in vitâ, quod ὑπερβολῆς est.

16. Pulcritudo quæ dignitatis est, præstat ei quæ venustatis.

a. Quia nobiliori, & digniori inest subjecto, illa enim viri est, hæc verò mulieris.

I

b. Quia

b. Quia à præstantiori causâ ; illa enim ex virtute, hæc verò à naturâ.

c. Quia maximè operosa ; difficilius enim est præstare dignitate, quàm venustate.

17. Sexus muliebris naturâ venustior, quàm virilis.

a. Quia potissimum factus ad delectationem, eò enim adpetitus sexus alterius fertur ; delectabile verò quodvis venustum.

b. Quia ingenio multò est sexu virili inferior ; naturam igitur id supplere in corpore oportuit, quod ingenio negavit.

c. Quia in extremâ senectute redditur deformis, mutatio verò fit à contrario in contrarium.

18. Coma nimis proluxa sexui virili turpis.

a. Quia sexui muliebri propria.

b. Quia nec ad dignitatem, nec venustatem hujus sexus confert.

c. Quia non decet sexum virilem eam adfectare venustatem, quam muliebris præcipuè consecratur.

19. Co.

19. Color candidus, pallidusvè sexui virili maximè deformis.

a. *Quia exclusis lucubrationibus vite otiosa ut plurimum index.*

b. *Quia animi effeminati plerumq; significativus.*

c. *Quia color contrarius in hoc sexu maximè probatus.*

20. Moderatus incessus in virili sexu maximè decorus.

a. *Quia animum arguit, qui consiliò potiùs, quàm affectibus regitur.*

b. *Quia ab utroq; extremo, quod conjunctum cum vitio est, alienus.*

c. *Quia maximè secundum naturam, quæ ipsa non postrema decori causa.*

SECTIO XVI.

De Decorò, quod potissimum spectatur in oratione.

THESIS I.

Animus hominis primò & per se immobilis.

I a

a. *Quia*

a. Quia ἀπαθής: quodcumq; verò ἀπαθής est,
idem & ἀκίνητος.

b. Quia ex pers omnis materia, ideoq; omni-
um materialium passionum.

c. Quia propriè & per se nullam admittit
speciem motus.

2. Animus hominis sequitur tempe-
rumentum corporis.

a. Quia disponitur pro phantasmatum
quæ contemplatur dispositione.

b. Quia temperamentum ipsum est opera-
tionum animæ organum.

c. Quia arctissima inter formam & forma-
tum ἐνωσις, ideoq; & proprietatum κολ-
ωσις.

3. Animus hominis suâ naturâ liber.

a. Quia & nolle & velle potest.

b. Quia subtractis essentialibus hisce pro-
prietatibus ipsa tollitur essentia.

c. Quia impedimentum operationis mini-
mè abolet essentiam rei ipsius.

4. Animi perturbatio non habet cau-
sam ex animo ipso, sed ex objecto.

a. Quia objecta movent sensus: sensus
verò

verò per phantasmata animum.

b. Quia animus ἀπαθής, ideoq; perturbatio-
nis causam in se habet nullam.

c. Quia animus pro diversitate objectorum
in momento mutatur.

γ. Animi respectu res duùm sunt ge-
nerum: Δωσιαιε & ὀρεξιαε.

a. Quia in quibusdam rebus hominis ani-
mus exquirat verum in alijs bonum.

b. Quia Δωσιαιε & ὀρεξιαε distincta sunt ani-
mae facultates: eamq; ob causam distin-
cta oportet habere objecta.

c. Quia tot rerum differentijs, animi, men-
tis scilicet & voluntatis continetur in-
formatio.

δ. Summa hominis turpitudine, ani-
mum ad res nauci & abjectas conver-
tere.

a. Quia animus hominis maximè divinus,
in rebus igitur optimis exercendus.

b. Quia animus homini datus ad exco-
lendum, è rebus verò nauci animi cul-
tura nulla.

c. Quia nauci & turpibus rebus animus

corrumptur : corruptio verò in quacumque re extrema turpitudine.

7. Adpetitus hominis specie differre ab eo, qui est brutorum.

a. Quia essentialibus à se invicem qualitatibus distinguuntur; ille enim λογικός, hic verò totus ἀλογος.

b. Quia proficiscuntur à principijs specie distinctis, hominum quidem adpetitus rationali, brutorum verò ab animâ irrationali.

8. Quia hominis adpetitus re ipsâ non differt à voluntate, sed solum τῷ λόγῳ.

9. Sermo animi est interpretis.

a. Quia τὸ σύμβολον τῶν παθημάτων ἐν τῇ ψυχῇ.

b. Quia est actus secundus mentis, cogitationum scilicet ejusdem enunciatio.

10. Quia sublato usu sermonis tollitur quoque ipsorum conceptuum animi noticia.

11. Non quivis sermo omni tempore & loco accommodus.

a. Quia in sermone aequè ut in moribus decorum spectatur.

b. Quia

- b. *Quia objectum cuiusq; orationis omnâ tempore & loco idem non est.*
- c. *Quia principium orationis, animus scilicet hominis non eodem semper modo dispositus.*
10. Oratio ad demerendam aliorum gratiam instrumentum aptissimum.
- a. *Quia prodit indolem mentis, quâ probatâ facilimè aliorum gratia obtinetur.*
- b. *Quia rectâ ad mentem defertur, cuius iudicio vel gratia acquiritur vel amittitur.*
- c. *Quia virtutum vitiorumvè est nuncia, quorum causâ vel perseverat vel mutatur gratia.*
11. Sermonis familiaris præcepta certa & absoluta dari vix possunt.
- a. *Quia non satis explorati esse possunt eorum mores, quibus cum conversamur.*
- b. *Quia cum alijs subinde nobis vivendum: qui ingenijs plurimum discrepant.*
- c. *Quia fieri potest inter conversandum, ut quod unus probet, alter improbet.*
12. Indecorum est, ubi animi recreatio queritur, contentioso dicendi genere uti.

- a. Quia media isthac proposito fini prorsus
& in univrsam contraria.
- b. Quia animo contentionibus occupato na-
scitur perturbatio, qua molestia est, non
recreatio.
- c. Quia contentiosum dicendi genus animi
habet benevoli iudicium.
13. Aures sunt vocis, quâ talis est, im-
mediati iudices.
- a. Quia vox sonus est: sonus verò adæqua-
tum objectum aurium.
- b. Quia patibilis hæc qualitas nullo alio
sensu potest iudicari.
- c. Quia auditus per isthac organa sonorum
differentias interno scit.
14. Virtutes vocis præcipuæ sunt cla-
ritas & suavitas.
- a. Quia illa facit ut melius, hæc ut avidius
audiatur.
- b. Quia utraq; simul iuncta magis adæ-
quatum reddit auditui objectum.
- c. Quia preparant orationem ut promptius
ab animâ ipsâ admittatur.
15. In singulorum hominum oratione
singulorum.

singulare quicquam & peculiare in-
est.

a. Quia singularis est hominum singula-
rum temperies & constitutio.

b. Quia singularis est organorum in singu-
lis hominibus dispositio.

c. Quia demtâ formâ substantiali unius
hominis ab aliô perpetua ferè in plerisq;
distinctio.

16. Quod condimentû est cibo, idem
facetiæ orationi.

a. Quia utraq; delectant.

b. Quia quod ingratum aliâs futurum es-
set, mitigat.

c. Quia hominum animos magis magisq;
excitant attentosq; reddunt.

17. Varietas in oratione longè jucun-
dissima.

a. Quia varietas cum opportunitate perpe-
tuò delectat.

b. Quia oratio perquam cognata est Mu-
sica, quæ cum varietate maximè pro-
batur.

c. Quia ad auditores maximè accommo-
data,

I s

data,

data, qui ut plurimum varij existunt.

18. Orationem nihil æquè commenda-
dat atque gravitas.

a. *Quia gravitas mentis arguit iudicium,
mens verò orationis anima.*

b. *Quia maximum ad persuadendum ad-
jumentum, persuasio verò omni orationi
proposita.*

c. *Quia conjuncta cum rerum momentis,
quibus deficientibus oratio inanis est
verborum strepitus.*

19. Oratio studio detrahendi absenti-
bus instituta, summa est calumnia.

a. *Quia iniquissima est accusatio, quæ clam
reo instituitur.*

b. *Quia cum cæde non malè comparatur:
fama enim vitæ equiparatur.*

c. *Quia virtutis est proximi errata tegere,
extrema igitur perversitatis absentem
falsò accusare.*

20. Extremè ἀνεπιτον est in oratione de
seipso magnificè gloriari.

a. *Quia maximè deforme.*

b. *Quia conjunctum cum irrisione audien-
tium.*

c. *Quia*

*s. Quia ut plurimum fit cum mendacio:
Plus enim quilibet sibi plerumq; tribuit,
quàm reverâ decet.*

SECTIO XVII.

De Decorô in adornandis ædi-
ficiis servando.

THESIS I.

Architectura inter artes liberales
meritò referenda.

*a. Quia libero & ingenuo homine maxi-
mè digna.*

*b. Quia & liberum hominem reddit, & re-
rum pulcherrimarum cognitione men-
tem informat.*

*c. Quia Mathematica, ex quâ suâ princi-
pia mutuatur, subalterna.*

1. Architectura omnium artium in-
ventu rarissima.

*a. Quia omnium operosissima: Quod-
cunq; verò operosissimum, idem & ra-
rissimum.*

b. Quia

b. Quia plurimorum iudicijs exposita, in publico enim exercetur.

c. Quia error in eadem commissus non sine maximis impensis corrigitur.

3. Architectum, qui revera talis sit, ἔγκυκλοπαιδείας non decet esse ignarum.

a. Quia pleraque ad architecturam rite exercendam disciplina concurrunt.

b. Quia verè Architectum & cæli & soli oportet vel maximè esse peritum, circa utrumque verò universa ἔγκυκλοπαιδείας versatur.

c. Quia unà aliquā disciplinarum ignorantia, evidens in Architectura error committitur.

Authoribus equidem non admodum delector, aut enim rationibus consentiunt, aut dissentiunt: Si illud, frustra cumulantur authoritates, cum rationi vera aliàs creditur: Si hoc, stultè: Attamen ignosce mihi candide Lector, quòd hæc nonnihil obscuriora ex vitruvi locò per luculentissimò illustrem. Sic autem summus ille Architectus ad thesin nostram: Neque (inquit) ingenium sine

sine

sine disciplinâ, aut disciplina sine ingenio perfectum artificem potest efficere, & ut literatus sit, peritus ὡς ἀπὸ θεοῦ, id est, artis pictoriae, eruditus Geometriâ, & Opticis non ignarus, instructus Arithmeticâ, historias complures noverit, Philosophos diligenter audiverit, Musicam sciverit, Medicinâ non sit ignarus, responsa Jurisconsultorum noverit, Astrologiam, cæliq; rationes cognitâs habeat, quæ cur ita sint, hæ sunt causa.

Litteras Architectum scire oportet: ut commentarijs memoriam firmiorem efficere possit: Deinde ὡς ἀπὸ θεοῦ scientiam habere, quò facilius exemplaribus pictis, quam velit, formam operis efformare valeat. Geometria autem plura præsidia præstat Architecture, & primum ex Euthygrammis circini tradit usum, è quò maxime facilius adificiorum in areis expediuntur descriptiones, normarumq; & libratio-
num & linearum directionem. Item per Opticem in adificijs è certis regionibus cæli lumina rectè ducuntur. Per Arithmetice sunt adificiorum consummantur, men-
sura-

sura-

*surarum rationes explicantur, difficilesque
 Symmetriarum questiones Geometricis ra-
 tionibus & methodis inveniuntur. Histo-
 rias autem plures novisse oportet, quod mul-
 ta ornamenta sæpè in operibus Architecti
 designant, de quibus argumentis rationem
 cur fecerint, quærentibus reddere debent.
 Philosophia verò perficit Architectum ani-
 mo magno, & uti non sit arrogans sed po-
 tius facilis, æquus & fidelis, sine avaritiâ,
 quod est maximum. Nullum enim opus
 verè sine fide & castitate fieri potest, hac
 enim Philosophia præscribit. Præterea de
 rerum naturâ, quæ Grecis φυσιολογία dici-
 tur, Philosophia explicatur, quàm necesse
 est studiosius novisse, quod habet multas &
 varias naturales questiones, ut etiam in
 aquarum ductionibus, in cursionibus &
 circuitionibus, &c. Musicen autem scire
 oportet uti canonicam rationem & Mathe-
 maticam notam habeat: Præterea pari-
 starum, catapultarum, scorpionum tem-
 peraturas possit rectè facere. Discipli-
 nam verò medicine novisse oportet, pro-
 pter*

per inclinationes cæli, quas Græci κλίματα dicunt, & aëres locorum, qui sunt salubres & pestilentes, aquarumq; usus, sine his enim rationibus nulla salubris habitatio fieri poterit. Jura quoq; nota habeat oportet, ea quæ necessaria sunt edificijs communibus parietum ad ambitum stillicidiorum, cloacarum & luminum. Ex Astrologia autem cognoscitur Oriens, Occidens, Meridies, Septentrio, & cæli ratio, quorum noticiam si quis non habuerit horologiorum rationem omninò scire non potest. Cum ergò tantoperè hæc disciplina sit condecorata, & abundans eruditionibus varijs ac pluribus, non puto posse justè repentè se profiteri architectos, nisi qui ab ætate puerili his gradibus disciplinarum scandendo scientia plurimum literarum & artium nutriti pervenerint ad summum templum Architecturæ. Hæc Vitruvius.

4. Architectura potissimum spectatur in situ, τὰξίς & usu.

a. Quia situs plurimum confert ad salubritatem & firmitatem.

b. Quia

- b. Quia τῆς ἰσῆς ἢ ἑυκαθῆμια ἡγῆς ὀυμμετρία
aspectus pulchritudinis.
- c. Quia usus ad fruitionem, quæ vel maxi-
mè Architecturæ proposita.
5. Architectura publicorum ædificio-
rum continetur tribus summè neces-
sariis rebus, è quibus una defensionis
est, religionis & justitiæ altera, tertia
opportunitatis.
- a. Quia triplex hic finis publico istiusmodi
operi maximè propositus.
- b. Quia tribus hisce humanae societati, cui-
jus ergò civitas extruitur, rectissimè con-
sultitur.
- c. Quia hisce & totius reipublicæ salus &
singulorum incolumitas continentur.
6. Ædes præclaræ sunt viri magnifici
commendatio.
- a. Quia opera viri magnifici omnia magna.
- b. Quia operibus externis excelsi sui animi
indolem maximè ostendit.
- c. Quia magnificentia nihil ægriùs quàm
sordes & angustias patitur.

7. Archi-

7. Architectura nascitur ex fabrica & ratiocinatione.

a. Quia præter divinum opus quoque externum machinatur.

b. Quia Architectura sine litteris spuria, sine effectione tantum umbratilis.

c. Quia utrisque hisce ceu armis instructa, cum summâ autoritate opus propositum fuit assecuta.

8. Ædium appellationem vix structuræ illæ merentur, quæ usu destituuntur.

a. Quia verum finem qui Architecturæ propositus est, non attingunt.

b. Quia dignitatem inhabitantis obscurant, qui profusionis & stultitiæ in futili isthoc opere non injuriâ arguitur.

c. Quia ipsius Architecturæ dignitati detrabunt, dum ad ea transfertur opera, quorum usus prorsus & nullus.

9. In ædibus excitandis altitudo probabili olim ratione definita.

a. Quia altitudo cujusvis arbitrio relicta pulchritudini civitatis plurimum officit.

K

b. Quia

b. *Quia nimia altitudo ad ruinam præceps, ideoq; multorum esse potest incommodorum causa.*

c. *Quia plus justo affectata altitudo alijs poterit esse molesta.*

10. Jure cogi Dominus poterit, ut collapsas ædes suas reficiat, vel si propter inopiam non possit, alteri justò præciò divendat.

a. *Quia quilibet tenetur consulere pulchritudini civitatis, & econtra omnem deformitatem avertere.*

b. *Quia idipsum facit ad majorem civitatis incolumitatem, quam semper majori conatu procurare studet is, qui domum in eadem habet, quàm qui eadem caret.*

c. *Quia domibus in civitate collapsis nec iterum restauratis negociationes nonnullas utiles auferri non rarò est necessum.*

11. In ædificando frugi viro utrumque extremum æquè cavendum, excessus scilicet & defectus.

a. *Quia*

- a. *Quia utrumq; extremum vitiosum.*
 b. *Quia excessus hominis præter modum ambitiosus est, defectus verò sordidi.*
 c. *Quia excessus conjunctus est cum damno, defectus verò cum dignitatis jacturâ & dispendiò.*

12. Domus magnifica dignitatem primò non confert, sed tantummodò exornat.

- a. *Quia vera dignitas ex virtute proficiscitur, quæ animi est, non fortuna bonum.*
 b. *Quia bona externa instrumenta tantummodò sunt felicitatis, non felicitas ipsa.*
 c. *Quia non domo dominus, sed domino domus honestatur: accipit non confert.*

13. Domus amplissima habitatori non rarò summo potest esse dedecori.

- a. *Quia fieri potest, ut in eâdem summa sit sollicitudo.*
 b. *Quia accidit per sæpè, ut quæ in domo visitur, in ipso domino dignitas haut reperiatur.*
 c. *Quia id cum fit vulgi criminationibus non vacat: auditurq; à prætereuntibus.*

K 2

illud:

illud: O domus antiqua, heu quàm dispari dominaris Domino.

14. Nihil vulgo familiarius quàm summorum virorum in ædificando magnificentiam, nihil infrequentius quàm eorundem in agendo æmulari virtutem.

a. *Quia illud facilius, hoc verò longè difficilimum.*

b. *Quia istud fortune quæ nauci etiam hominibus contingit, hoc verò animi quàm pauci rectè excolunt, beneficio administratur.*

c. *Quia communis & jam dudum inveteratus hic error invaluit, quod pleriq; videri quàm reverà esse magnifici malint.*

15. Vir magnificus ædes splendidas non tam sui quàm aliorum causâ sibi extrui curat.

a. *Quia virtus primò per se αὐταρκής, ἐπομύως verò aliorum indigens.*

b. *Quia magnificus de omnibus benè mereri satagit, ideoq; non tam sui quàm aliorum rationem habendam arbitratur.*

c. *Quia*

c. *Quia magnificus erga quosvis sese decorè gerere debet: ades igitur habeat necessum est omni hominum ordini decoras.*

16. Summum flagitium est publica ædificia piis usibus antiquitùs dicata quâcunque etiam de causâ negligi.

a. *Quia incuria istiusmodi certissimum est indicium animi ab honestissimarum rerum exercitio alieni.*

b. *Quia cum ita agitur, peccatur vel ex ignorantia vel avaritia, quorum utrumque summè flagitiosum.*

c. *Quia hâc perversitate ipsis exercitijs honestissimis obstruitur, quæ ædificijs hisce collapsis vix peragi commodè possunt.*

17. Jure tenetur magistratus de fabricis scholarum & templorum reficiendis.

a. *Quia litteræ & vera religio sunt de essentiâ reipublicæ quæ sub dio exerceri rectè non possunt.*

b. *Quia scholæ & templa sunt ex publicis ædificijs civitatis, quorum cura nulli*

K 3

præ-

præterquam Magistratui incumbit.

c. *Quia ejusdem vel majoris etiam sunt necessitatis cum ipsis muris, hisce enim opus est propter τὸ ῥῆμα, illis verò propter τὸ ἐπιπέδον.*

18. *Ædificia piis usibus semel sacrata, absque flagitio ad res profanas non transferuntur.*

a. *Quia quicquid præter finem rei alicui accedit, abusus est, qui vitio non caret.*

b. *Quia convertuntur in usum planè oppositum: Oppositorum verò ratio opposita.*

c. *Quia mutatur voluntas fundatorum, quod si in deterius fit, summum flagitium.*

19. *Non sapit, qui antequam ædificare occeperit, sumtus non computat.*

a. *Quia temeritatis est, ἡγορητικῆς, cum quibus nihil sapientiæ est commercij.*

b. *Quia summæ stoliditatis est proposito sine de medijs non esse sollicitum.*

c. *Quia parùm feliciter istud facti cedit, opere ut plurimum vel imperfecto relicto vel cum maximo suo damno consummato.*

20. *Æquè*

20. Æquè opus est reipublicæ ingenioso Architecto atque perito Chirurgo.

a. *Quia ut corporibus hominum, ita & aedibus suæ sunt infirmitates, quæ nisi tempestivè tollantur manu artificis, in grande periculum tandem exeunt.*

b. *Quia aedium ruina exitiosior hominis interitu, cum non rarò sit conjuncta cum plurimorum extremo exitio.*

c. *Quia curâ & providentiâ utrobique opus eadem: Artifex enim minimo sapè corrigere aedificium poterit, quòd imperitus non præstabit nisi totali destructione.*

SECTIO XVIII.

De ordine rerum & temporum opportunitate.

THESIS I.

Eταξία prudentia veriùs quàm scientia appellatur.

K 4

a. *Quia*

- a. Quia circa τὰ πρακτὰ occupatur.
- b. Quia in ijs, quæ τὰ καθ' ἑκάστα existunt, exercetur.
- c. Quia pro circumstantiarum conditione mutatur, circumstantias verò scientia parùm curat.
2. Εὐταξία pars prudentiæ longè difficilima.
- a. Quia rerum omnium est, quarum ordo maximè difficilis.
- b. Quia maximè mutabilis, in ijs verò quæ subinde mutantur difficultas maxima.
- c. Quia rerum maximè diversarum, quarum legitimus ordo difficultate non caret.
3. Tempus ex se in opportunum & importunum minùs rectè dispescitur.
- a. Quia respectu essentia indifferentis, æqualiter sese habens ad omnia.
- b. Quia ex differentia rerum & actionum hanc accipit differentiam.
- c. Quia principium temporis constitutum perpetuò idem & uniforme, quidni igitur & ipsum tempus.

4. Tem-

4. Tempus non est quiddam τὸ νοητὸν, sed ἀληθῶς reale.

a. Quia est accidens rerum naturalium: Rerum verò naturalium accidentia ipsa quoq; realia.

b. Quia partes temporis præteritum & futurum sunt quiddam reale.

c. Quia efficientem sive constituentem causam verè habet realem.

5. Apud DEUM nulla omninò temporis est distinctio.

a. Quia DEUS æternitatem habitat, in quâ neq; prius neq; posterius.

b. Quia DEO omnia ἐν τῷ νῶν, id est, præsentia.

c. Quia DEUS infinitis modis supra naturam: Accidentibus igitur naturalibus verè haut obnoxius.

6. Non quovis tempore εὐκαίρως quæcunque administrantur.

a. Quia tempus circumstantijs mutabile: mutari igitur & ipsas actiones est necessum.

b. Quia actiones hominum sæpè contraria:

K s

ria:

ria: Contraria verò eodem tempore haud rectè geruntur.

c. Quia natura ipsa non quòvis tempore quaecunq; operatur: naturam verò ducem hominem sequi est necessum.

7. Ordo pulcherrimus est, cum quodvis suo loco continetur.

a. Quia maximè naturalis: Situs verò naturalis omnium pulcherrimus.

b. Quia cum rerum ipsarum incolumitate conjunctus.

c. Quia causa precipuarum operationum: Quodvis enim suo in loco efficacissimū.

8. Ordo rerum aptissimus est, cum quodvis suo loco genitur.

a. Quia variae locorum sunt differentiae, quidni igitur & actionum.

b. Quia ipsa natura loco servit, quidni igitur & hominum actiones.

c. Quia extrema ἀταξίας est quovis locò quidvis agere.

9. Εὐτακτὸς est, in quo & oratio & vita inter se consentiunt.

a. Quia utraq; tam oratio quam vita ab eodem

eodem proficiscuntur principiō.

b. Quia functiones, quæ ejusdem sunt indivi-
vidui à se invicem discrepare summè
ἀτι κτορ est.

c. Quia orationis & vitæ discrepantia pro-
ficiscitur aut ex ἀγγωσία aut malitiosâ
dissimulatione, quod utrumq; præter &
contra ordinem.

10. Æquè indecorum est & turpe ora-
tione peccare, quàm opere.

a. Quia & quod oratione & opere commit-
titur ab eodem est principiō.

b. Quia quod turpe & indecorum est factus
idem quoq; & dictus.

c. Quia turpitude aestimatur non ex even-
tu, sed declinatione à decorō.

11. Actio bona malavè è loco & tem-
pore πρώτως haut aestimatur.

a. Quia bonum & malum ipsarum actio-
num differentia sunt, quæ ab ipsa essen-
tia nascuntur.

b. Quia locus & tempus extra rem sunt,
quæ ipsam essentiam propriè non con-
stituant.

c. Quia

c. *Quia nec loci nec temporis in definitio-
nibus vel virtutum vel vitiorum ulla
fit mentio.*

12. Errata leviora cautione opus ha-
bent majori, quàm enormia facta.

a. *Quia frequentius admittuntur: Fre-
quentatum verò facile abit in consuetu-
dinem.*

b. *Quia leviùs castigantur: Quorum ve-
rò levior pœna, eorundem quoq; minor
fuga.*

c. *Quia cum turpitudine minori conjun-
cta, cujus causa grandiora peccata omit-
tuntur.*

13. Meditabundum sedere in convi-
vio indecorum.

a. *Quia gestus istiusmodi pugnant cum
fine instituti convivij.*

b. *Quia vel contemptus vel insolentia ar-
gumentum.*

c. *Quia ejusmodi homo nescit discernere
tempus & locum.*

14. Aliorum errata facilimè, nostra
difficilimè animadvertimus.

a. *Quia*

- a. *Quia usu crebro familiaria reddita pro vitijs haut habentur.*
- b. *Quia pleriq; φιλαυτιᾶ excæcati nil nisi quod ipsi agunt, probant.*
- c. *Quia nihil usitatus vulgò, quàm sua excusare, aliorum verò facta accusare.*
15. *Aliorum vita nostræ instituendæ optima Magistra.*
- a. *Quia viva exempla ad imperandam imitationem vel fugam validissima.*
- b. *Quia quæ sensibus ipsis patent plus semper aculeorum in mentibus relinquunt.*
- c. *Quia affectus erga id, quod speciei ejusdem est multò ferventior: ubi verò affectus discantis erga magistrum excitator, ibi institutio quoq; fructuosior.*
16. *Pessimè sibi consulit, qui alios præterquam peritos de re minùs exploratâ, consulit.*
- a. *Quia caussarum scientissimi ad consulendum itaq; aptissimi.*
- b. *Quia in capiendis consilijs, judicijsq; decernendis rudis à perito discernitur.*
- c. *Quia in consilijs judicijsvè suam affectant*

Etant laudem periti: in quò verò quis affectat laudari, in eodem quoq; studet & excellere.

17. Impossibile est in omnibus pariter excellere.

a. *Quia ars longa, vita brevis, experimentum difficile.*

b. *Quia infinita penè res sunt, quarum cognitio non datur, multò minus verò in aliquò individuò.*

c. *Quia in unò aliquo non est idem ad quævis discenda ardor, ubi verò ardor idem non est, ibi vix erit par quoque excellentia.*

18. Vitæ ratio non tam ex suo quàm aliorum arbitrio cuique frugi viro in eunda.

a. *Quia animal $\omega\omicron\lambda\iota\upsilon\alpha\omicron\pi\omicron\upsilon$ homo, pro alendâ igitur societate vita instituenda.*

b. *Quia singularitas, quæ ut plurimum cum fastu conjuncta parit contemptum.*

c. *Quia prius amicitiam tollit posterius alit, quâ sine $\beta\iota\omicron$ reipsâ $\alpha\epsilon\iota\theta$.*

19. Personarum conditio non mutat delicti essentiam.

a. *Quia*

- a. *Quia accidens tantummodo est, quod rei substantiam non mutat.*
- b. *Quia delictum estimatur vel ex objecto vel agendi modo.*
- c. *Quia agens causa externa est, quæ rei essentiam haut ingreditur.*
20. Nihil æquè indecorum quàm cuique honorem debitum non tribuere.
- a. *Quia cum summâ injustitiâ conjunctum.*
- b. *Quia fit cum extremo virtutis benefactorumq; contemptu.*
- c. *Quia fedissima confusionis est, quâ omnes unius estimantur assis.*

SECTIO XIX.

De Artificiis & Quæstibus.

THESIS I.

Artificia maximâ ex parte Necessitas peperit.

a. *Quia plerisq; citra evidens damnum vita hominum carere non potest.*

b. *Quia*

- b. *Quia ut plurimum cum molestia conjuncta, quam citra necessitatem nemo subit.*
- c. *Quia ex necessitate exercentur.*
2. *Artificia ea propriè dicuntur, quæ manuum ministerio exercentur.*
- a. *Quia circa materiam versantur corpoream, quæ manuum ministerio opus habet.*
- b. *Quia opus quod in oculos incurrit, post se relinquunt, quod à mente sola non proficiscitur.*
- c. *Quia corporis necessitatibus serviunt, quibus non speculando sed faciendo consulitur.*
3. *Artificiorum omnium princeps Agricultura.*
- a. *Quia maximè necessaria; Omnibus enim opus alimento.*
- b. *Quia honestissimus acquirendi modus ex agris.*
- c. *Quia vetustissima & questuosissima.*
4. *Frugi decet Magistratum providere, ne agri inculti relinquuntur.*

a. *Quia*

- a. Quia cura isthac plurimum confert ad bonum publicum.
- b. Quia Magistratus est omnes antevertere vias, è quibus oriri possit annonæ caritas.
- c. Quia summum flagitium est id, quod naturâ utilissimum, unius sæpenumerò agricolæ incuriâ inutile reddi.
5. Agricola utilior civitati quàm Medicus.
- a. Quia ille per se & absolutè hic verò saltem ex eventu necessarius.
- b. Quia illò omnibus & semper opus est, hoc verò aliquibus saltem & rarò.
- c. Quia Medico carere civitas potest, Agricola non potest.
6. Artes ~~ἄριστοι~~ habesse à republicâ nullò modò possunt.
- a. Quia conferunt nervos rerum gerendarum.
- b. Quia hisce sublatis fiscus reipublicæ poterit esse nullus.
- c. Quia artes istiusmodi ubi desunt, incolumitatem reipublicæ periclitari est necessum.

L

7. Quæ

7. Quæstus in liberales & sordidos non malè dispescuntur.

a. *Quia ex iisdem objectis haut proficiuntur.*

b. *Quia eodem modò hand comparantur.*

c. *Quia ex iisdem nonnulli hominum communiter pręgravantur.*

8. E quæstibus sordidi & illiberales communiter judicantur.

a. *Qui in hominum odia plerumq; incurunt.*

b. *Qui mercenariorum sunt, utpotè quorum opera non artes emuntur.*

c. *Qui ex ijs fiunt rebus, quæ à mercatoribus emta statim venduntur, semper enim cum mendacio.*

d. *Qui ex artibus petuntur, quæ voluptatum ministra.*

9. Honestiùs ex vectigalibus, quàm è tributis quæstus petitur.

a. *Quia vectigal ex ijs rebus, quarum lucrum speratur, tributum verò promiscuè ex omnibus.*

b. *Quia vectigal ut plurimum à ditioribus*

qui

qui terrâ mariq; negociantur, tributum
indifferenter à quovis etiam pauperrimo
exigitur.

c. Quia vectigal cum minori incommodo
quàm tributum penditur.

10. Portorium injuriâ à nautis acci-
pit, qui navigationem securiorem
non facit.

a. Quia debitum semper presupponit causam.

b. Quia juris est, eum, qui non facit sum-
tum, non sentire lucrum.

c. Quia Domino maris à navigantibus ni-
hil accedit damni, nihil igitur & lucri.

11. Fœneratoria nullò prorsus præ-
textu excusabilis.

a. Quia juri naturæ penitus contraria: quò
cautum ne alijs faciamus id, quod ipsi-
met nobis fieri nolimus.

b. Quia cum damnò alterius certissimò
semper conjuncta.

c. Quia in odium hominum perpetuò in-
currit.

12. Mercatura ars licita homini Chri-
stiano, & honesta.

- a. Quia finis mercatura licitus & honestus, qui est multiplex vitæ usus.
- b. Quia media, quibus mercatura exercetur, emtio scilicet & venditio licita.
- c. Quia contractus bonus homini Christiano licitus & honestus.
13. Mercatura absque deceptione exerceri ægrè potest.
- a. Quia valor & pretium rerum non semper certum.
- b. Quia rerum, quarum est mercatura qualitas mutabilis, pretio tamen vix mutato.
- c. Quia maximè lucrosa, non igitur citra damnum alterius exercetur.
14. Artes, quæ simpliciter vitæ necessariae non sunt, non usquequaque probandæ.
- a. Quia ut plurimum voluptatum ministra, tantum enim ad melius.
- b. Quia absq; maximo aliquo incommodo carere illis possumus.
- c. Quia vitam plerumq; molliorem & delicatorem faciunt.

15. Sal:

15. Saltatoria homine ingenuo & liberali indigna.

a. *Quia cum perpetua levitate conjuncta.*

b. *Quia ad alios delectandum solum comparata.*

c. *Quia nec corpori nec animo admodum profutura.*

16. Ars tanto honestior quanto plus prudentiae & discursus complectitur.

a. *Quia a questu sordido ut plurimum remotior.*

b. *Quia plerumque circa subjectum praestantius occupatur.*

c. *Quia in eadem non tam lucrum quam excellentia spectatur.*

17. Agricultura omnium artium opulentissima.

a. *Quia cum faenore maximo conjuncta.*

b. *Quia circa merces, quae omni loco & tempore autorem inveniunt, occupatur.*

c. *Quia divina potissimum benedictione, quae maxime divites facit, nixa.*

18. Nullo dignius agriculturæ studium quam Philosopho.

L 3

a. *Quia*

a. Quia Agricultura ipsissima Physices, quæ præcipua Philosophia pars est, representatio.

b. Quia ex contemplatione causarum in natura creatoris sapientia exactius cognoscitur.

c. Quia studium maximè liberale, ideoq; homine liberali quoq; dignissimum.

19. Ex nullâ arte gratiores deliciae quàm ex Agriculturâ.

a. Quia maximè naturales, naturalissimum verò quoq; gratissimum.

b. Quia summè utiles, quò verò quid utilius eò & gratius.

c. Quia frequentissima & certissima, frequentia verò auget delicias.

20. Quomodo accipienda verba hæc, quæ habentur Genes. 27. vers. 27. Ecce inquit Isaac, odor filii mei quasi odor agri pleni?

a. De ijs, quæ terrâ nascuntur; ager enim afflat suavissimos odores, partim propter multa odoriferarum herbarum genera, partim propter innumeram suaveolentium

tium

rium florum varietatem; partim denique propter inenarrabilem odorum jucunditatem ex fructibus arboreis.

b. De terrâ ipsâ, si naturaliter benè adfecta sit, si benè proscissa, mollis, nec madida, nec sitiens, postq̄ vomerem nitescens, Plin. lib. 17. c. 5.

c. Tostatus super hunc locum ait, odorem agri non per se delectabilem ac jucundum esse, sed tantum per accidens, quia plenitudo ejus ob abundantiam frumenti vini & olei est homini super omnem suavitatem odoris jucunda & delectabilis.

SECTIO XX.

De vitâ Practicâ, quod Theoreticâ longè sit potior.

THESIS I.

Inter honesta alterum altero honestius.

a. Quia qualitas sunt, quæ suscipit magis minusvè.

L 4

b. Quia

b. *Quia objecta alia alijs excellentiora, quidni igitur quæ circa eadem versatur actio?*

c. *Quia fines ijdem non sunt, sed unus altero potest esse potior.*

2. *Honestas propriè in actione, non in cognitione spectatur.*

a. *Quia ex solâ cognitione honestus nemo dicitur.*

b. *Quia fieri potest, ut qui maximè cognitioni vacant, sint pessimi.*

c. *Quia cognitioni non est proposita honestas, sed veritas.*

3. *Honestas peculiaris quædam virtus non est, sed cum quavis virtute conexa.*

a. *Quia objectum peculiare & speciale non habet, sed quod omnium virtutum est.*

b. *Quia æquè latè patet, atq; virtus universa.*

c. *Quia peculiarem aliquem affectum non moderatur.*

4. *Honestatis principia duo, Natura & Ratio.*

a. *Quia*

- a. Quia utraq; intendit semper id, quod est optimum, cum quo honestum convertitur.
- b. Quia honestas apud omnes verè homines eadem, ab immutabilibus igitur principijs.
- c. Quia quod nature & rationi adversatur, maximè inhonestum.
5. Inhonestum non est dicendum, quòd ipsummet DEUM habet auctorem.
- a. Quia nefas est dictu DEUM id velle, quod est inhonestum.
- b. Quia circumstantiæ mutant actionem, unde fit, quòd inhonestum, quod apparet, verè tamen non est.
- c. Quia DEUS legibus alligatus non est, jure igitur quidvis facit, ratione etiam nobis non succurrente.
6. Vita practica nature aptior quàm Theoretica.
- a. Quia ultimo fini, quod ipsum bonum est, vicinior, finis hic est societas.
- b. Quia cum plurium utilitate conjuncta:
L s bonum

Bonum verò naturâ pluribus communi-
cativum.

c. Quia plerisque hominibus illa proposita,
hæc verò paucis solum: naturalius verò
quod inest omnibus, vel quàm plurimis.

7. Vita speculativa juxta Philosophum
activâ simpliciter præstantior.

a. Quia habitu longè præstantiori sapien-
tia scilicet, quæ princeps virtutum est,
dirigitur.

b. Quia circa subjectum præstantius, quod
maximè immateriatum, immutabile,
ὄν θεῶν.

c. Quia propius accedit ad ipsarum intelli-
gentiarum vitam, magisq; ἀυταρκής est.

8. Non omnis contemplatio conjun-
cta cum actione est.

a. Quia in nonnullis sola cognitio pro fine
est, ut exempli gratia in Meteorologicis.

b. Quia res quædam sunt, quæ ad actionem
transferri non possunt, ut cum quæro de
princip. Individ.

c. Quia sunt nonnulla, quorum cognitione
hominum vita melior non efficitur, ut
Metaphysica.

9. Vi-

9. Vita DEI practica potius est quam speculativa contra Philosophum.
- a. Quia nullum est objectum cognitionis DEI, qui omnia novit, sed actionis.
 - b. Quia præviâ cognitione non habet opus, sed statim quando vult, agit.
 - c. Quia contemplatio illa in DEO planè frustra, respectu sui ipsius quidem, quòd omnia cognoscat, creaturarum verò, quod regi melius non possint, ideoq; discursu prorsus non opus.
10. Cognitio animarum à corporibus separatarum toto genere alia, quam quæ adhuc sunt in corpore.
- a. Quia circa subjectum toto genere aliud, spirituale scilicet & divinum.
 - b. Quia modo prorsus diverso cognoscunt, scilicet per gratiam, cum hoc in loco per naturam.
 - c. Quia cognitio, quam in corpore anima exercet, prorsus cessatura, 1. Corinth. 13. alia igitur sunt.
11. Vita scholastica ceteris omnib. in vitâ humanâ ordinib. jure præferenda.
- a. Quia

a. Quia fundamenta & initia ponit omnium ordinum, quæ in re quavis difficilima.

b. Quia primam sternit viam ex privatione ad habitum, quâ apertâ facilis est progressio.

c. Quia primæ servit concoctioni, cujus conditionem ceteræ omnes retinent.

12. Nemo unquam fuit Philosophorum, qui juvandæ humanæ societati non servierit.

a. Quia hic scopus omnibus naturâ propositus, animal siquidem politicum homo.

b. Quia ad promovendâ societatem omnia Philosophorum præcepta collineant.

c. Quia sapientum institutione non usi rei-publicæ pestis plerumq; evaserunt.

13. Præstat unus Magister frugi vivus quàm muti plures.

a. Quia oratio audita multò efficacius mentem afficit, quàm lecta, tenaciusq; heret.

b. Quia expressa actio in re quavis omnium potentissima, ut in Dramatis.

c. Quia aures ad institutionem cognitionemve

nemvè apprehendendam organum aptis-
simum.

14. Ex litterarum monumentis mul-
tò exactiùs ingenium, quàm ex ora-
tione cognoscitur.

a. Quia oratio affectib. libera semper non est.

b. Quia major plerumq; in scriptis quàm
dictis libertas.

c. Quia plus industria adhibetur ad scri-
bendum quàm perorandum, hoc enim
paucorum saltem, illud verò omnium
promiscuè censuram subire est necessum.

15. Præstat Orator qui prudens est,
quàm Philosophus acutissimus, qui
disertus non est.

a. Quia utilior, plus enim confert ad alen-
dam societatem quàm Philosophus.

b. Quia prudens Orator maximè spectat
bonum publicum, Philosophus verò
privatum.

c. Quia Orator homines reddit meliores,
Philosophus verò peritiores, Præstat au-
tem inter homines virtute potiùs, quàm
scientiâ præcellere.

16. Sci-

16. Scientia & prudentia virtute destituta nullius assis æstimanda.

a. Quia teste Platone instrumenta sunt & arma malitiæ exercenda commodissima.

b. Quia habitus sunt longè optimi, abusus igitur eorumdem pessimus.

c. Quia virtute explosâ omnia vitiosè & perperam fieri est necessum.

17. Studium Sapientiæ cum summâ etiam rerû abundantia conjunctum ἀυταρκές non est.

a. Quia in solitudine exerceri rectè omninò non potest, querit enim quem vel doceat vel à quo discat.

b. Quia ut plurimum cum excellentiâ aliqua conjunctum, quæ extra homines verâ nulla.

c. Quia generosi animi est id studium, cui nihil propositum magis quàm de omnibus benè mereri.


18. Reipublicæ causâ faciendum non est, quod foedum & flagitiosum est.

a. Quia non est faciendum malum boni cuiusdam causæ.

b. Quia

- b. *Quia malum simpliciter prohibitum, neq; ex eventu, sed essentiâ ipsâ estimandum.*
- c. *Quia ipsa Respublica tale quicquam pro se suscipi non vult.*
19. Rahab meretrix, si absque speciali mandato DEI fecit, non excusatur occultando speculatores in exitium patriæ, Josuæ 2.
- a. *Quia fecit contra officium frugi civis, cui nihil antiquius esse debet salute patriæ.*
- b. *Quia salutem privatam potiore duxit incolumitate reipublicæ.*
- c. *Quia patriæ fuit proditrix, quæ semper persona ignominiosa est.*
20. Omnium officiorum Epitome
 Ερωτησις Dilectio DEI & proximi.
- a. *Quia in eâ ipsâ summa versatur totius Decalogi.*
- b. *Quia continetur in eâ cardo totius vite hominis Christiani.*
- c. *Quia causa dilectionis utriusq; longè iustissima, illius quidem creationis, conservatio.*

vationis, reparationis & futura glorificationis, hujus verò præter necessitatem arctissimam & perpetuam cognationis, quæ inter ea, quæ ejusdem speciei sunt, merito debet esse summa, maxima.



COROLLARIUM.

Scholas clancularias in benè constitutis Rebus publicis nec ferendas, nec fovendas esse

Argumenta in certas Classes tributa.

I. CLASSIS.

- A** Scholarum ipsarum conditione.
- a. Quia maxima reipub. pars sunt, partes verò reipublicæ etiam publicæ administrari auctoritate oportet.
- b. Quia equiparantur exercitijs religionis, quæ pro cuiusq; arbitrio in republica concessa non est.
- c. Quia communi omnium consensu, scholæ publi-

publica; ut moneri à singulis cordatis
possit, quod publicè expediat.

2. Classis à Magistratus verendâ auto-
ritate.

a. Quia Magistratus violatur existimatio;
dum quod publicè fieri voluit, privatim
administratur.

b. Quia ingentis arguitur negligentia,
dum tacendo & dissimulando publicis
scholis clancularias equiparat.

c. Quia ipsa opera scholastica expresso ma-
gistratus decreto nituntur, à quo quicun-
que deflexerit, contumaciam incurrit.

3. Classis ab inspectorum bonâ con-
scientiâ.

a. Quia ἀεργωσίας τῆς διοικήσεως arguuntur,
dum quod pleriq; in publicâ institutione
improbat, ipsi non vident.

b. Quia provinciâ malè administratâ rei
fiunt, dum vitia publicæ institutionis ce-
lant, nec ipsi medicinam inveniunt.

c. Quia officij immemores, dum scholæ pu-
blicæ incolumitatē imminui p̄ tot clancu-
larias patiuntur, quorū neutrum absq; ma-

M

ximâ

ximâ injuriâ vir frugi suspicabitur.

4. Classis à Præceptorum personâ, & officio.

a. *Quia & officium, & authoritas eorundem indies magis magisque vilescit, & consequenter studia litterarum ipsa.*

b. *Quia à consuetâ industriâ & diligentâ subinde quicquam decedit.*

c. *Quia civium erga ipsos benevolentia, & liberalitas semper redditur minor, quo grandi impedimento non paucos à functionibus istiusmodi deterreri, & scholas tandem à vilissimis quibusque & mancipijs administrari necessum.*

5. Classis à plurimis in scholam publicam incommodis.

a. *Quia vulgò negligitur.*

b. *Quia apud peregrinos, qui magnis sumptibus suos in scholâ publicâ liberos fovent, malè audire incipit.*

c. *Quia tandem futura universalis vastitatis & desolationis causa.*

6. Classis à discipulorum non parvis intertrimentis.

a. *Quia*

- a. Quia aliorum nimis magnâ licentiâ & via recta abducuntur, corrumpuntur.
- b. Quia aliorum exemplo scholam, & publicam institutionem odisse incipiunt.
- c. Quia domi ita adsueti publicas lectiones in ipsis quoq; Academijs unaq; præceptores aspernantur.
7. Classis ab ordinum præcipuorum, variâ ἀταξία.
- a. Ecclesiastici; Quia exercitia sacra, debita cum solennitate obiri amplius vix poterunt, clancularios enim inter publicæ scholæ alumnos versari nefas.
- b. Politici; Quia diversa & educatione, & institutione discipuli imbuuntur, eaq; de causa moribus distracti, vix inter sese viri facti consentiunt. Omnia unitati in republica servire debent.
- c. Oeconomici; Quia clancularia institutio justo mollior tota è parentum placito; licentia igitur imprompta, quantum malum?
8. Classis à multiplicibus ipsarum, scholarum clanculariarum vitiis &

difficultatibus, è quibus nonnulla respiciunt.

a. Ipsos Præceptores; 1. Quia vocatione legitimâ destituuntur, ~~quod~~ ~~enim~~ Magistratus pars est: unde igitur discentium salus.

2. Quia ut plurimum non satis eruditi, inani enim persuasione elati tempus expectare vocationis suæ non possunt.

3. Quia segnitiam plerique sectantur, quod in schola publica ob cotidianam inspectionem, & reddendam singulis semestribus rationem facere prohibentur.

b. Parentes; 1. Quia vel propter officium & occupationes operas inspectare ipsi non possunt, vel ob imperitiam institutionis modum non intelligunt.

2. Quia sæpius Præceptores mutare necesse habent, unde discentium summa pernicies.

3. Quia stipendia pro incerto eventu satis ampla exsolvere tenentur.

c. Discipulos ipsos; 1. Quia nimiam licentiam subinde fiunt deteriores.

2. Quia

2. *Quia generosioris animi indoles in vita illa umbratili reprimatur.*
3. *Quia timidiores facti quoscunq; deinceps reformidant.*
4. *Quia laudando, vituperando vè excitari ita commodè non possem.*
5. *Quia quos imitentur non habent.*
6. *Quia ea tantummodò audiunt, quæ sibi proponuntur.*
7. *Quia tot medijs ad faciendum officium non impelluntur.*
8. *Quia in exercitijs τὸ λόγῳ non ita proficiunt, cum vix habeant, qui & discursu, & perorando eos præeat.*
9. *Quia continuâ ejusdem institutione plurimum defatigantur.*
10. *Quia nihilo feliciter proficiunt, quod testari exemplis in promptu.*

Dilemma istud propinatum
vobis volo.

SCHOLÆ clanculariæ publicis aut præstant aut non præstant. Sin illud, producant suos discipulos illi

M 5

Præce-

Præceptores, & evidenti experimen-
 to testentur; sin hoc, reddant caus-
 sam discessus à scholâ publicâ, qui
 magno conatu clancularias foveant,
 tuentur. Mea isthæc non sunt, sed sa-
 pientum pronunciata, quorum no-
 mina apponere nolui, ne tam aucto-
 ritatibus, quàm rationum momentis
 certare viderer, uni Quintiliano o-
 mnium in istoc genere exercitatissi-
 mo Magistro hic locus esto, qui sic
 habet. Ante omnia enim cui in pu-
 blica celebritate vivendum est, asue-
 scat jam à tenero non reformidare
 homines, neque illa solitaria & velut
 umbratili vita pallefcere. Attollenda
 mens semper est, quæ in hujusmodi
 secretis, aut languescit, & quendam
 velut in opaco situm contrahit, aut
 contrà tumescit inani persuasione.
 Necessè est enim sibi nimium tribuat,
 qui se nemini comparat, Adde quod
 domi ea solùm discere potest, quæ
 ipsi præcipiantur, in schols etiam,
 quæ

quæ aliis : audiet multa quotidie pro-
bari, multa corrigi, proderit alicujus
objurgata desidia, proderit laudata
industria, unde excitabitur æmulatio,
turpe ducet cedere pari, pulcrum su-
perasse majores, &c.



INDEX RERVM LO-
CUPLETISSIMUS, IN QVO
prior numerus sectionem, me-
dius thesin, ultimus pagi-
nam notat.

A.

ABUSUS.

Abusus omnium rerum est exceptâ solâ
virtute. Sect. II. th. 13. pag. 59.

Actiones humanae.

Actiones humanæ suam habent rationem.
Sect. V. th. 6. pag. 32.

Actio honesta potius è rebus ipsis, quàm ex
intentione agentis æstimanda. S. V. t. 4. p. 31.

M 4

Actio

I N D E X.

Actio bona esse potest, quæ tamen virtus non fit. S. VI. th. 19. p. 44.

Actio bona, malavè è loco, & tempore πρῶ-
τως haut æstimanda. S. XIX. th. 11. p. 159.

Adulatio.

Adulationibus aures dare virum frugi non decet, S. XI. th. 18. p. 85.

Ætates hominis.

Ætatum indoles, & ingenium educatione non penitus mutantur. S. XIV. th. 4. p. 112.

Adolescentia plerumque ad animi insolentiam proclivis. S. XIV. th. 5. p. 112.

Adolescentia non injuriâ cum formosissimâ ætate comparatur. S. XIV. th. 6. p. 112.

Adolescentiæ vitia minus severè atque ætatis virilis castiganda. S. XIV. th. 7. p. 113.

Adolescentiam nulla virtus magis exornat atque reverentia. S. XIV. th. 8. p. 113.

Adolescentiam post reverentiâ proximè addecet laborum tolerantia. S. XIV. th. 9. p. 113.

Adolescentia ad obeunda officia civilia, & bellica minus idonea. S. XIV. th. 10. p. 114.

Adolescentia optimos, & probatissimos Ephoros sibi eligere non potest. S. XIV. th. 11. p. 114.

Senili ætati verecundia turpis. Sect. XIV. t. 12. pag. 114.

Seni.

I N D E X.

Senibus labor minuendus, exercitationibus
verò animus augendus. S. XIV. th. 13. p. 115.

Senili ætati libido & luxuria omnium maxi-
mè foedissima. S. XIV. th. 14. p. 115.

Ædes.

Ædes præclaræ sunt viri magnifici commen-
datio. S. XVII. th. 6. p. 148.

Ædium appellationem vix structuræ illæ me-
rentur, quæ omni usu destituuntur. S. XVII.
th. 8. p. 149.

In ædibus excitandis altitudo probabili olim
ratione definitâ. S. XVII. th. 9. p. 149.

Ædium collapsarum refectio jure imperati
domino potest. S. XVII. th. 10. p. 150.

Ædes magnificæ dignitatem primò non
conferunt, sed tantummodò exornant.
S. XVII. th. 12. p. 151.

Ædes magnificæ habitatori non rarò sum-
mo possunt esse dedecori. S. XVII. t. 13. p. 151.

Ædes magnificus vir splendidas non tam sui,
quàm aliorum causâ sibi extrui curat. S.
XVII. th. 15. p. 152.

Ædificia publica piis usibus antiquitus dica-
ta, quacunque etiam de causa negligi fla-
gitium. S. XVII. th. 16. p. 153.

Ædificia, sive fabricas scholarû, & templorû
reficere jure tenetur magistratus. S. XVII.
t. 17. p. 153.

M 7

Ædi-

I N D E X.

Ædificia piis usibus semel sacrata absque flagitio ad res profanas non transferuntur. S. XVII. th. 18. p. 154.

Adfectus.

Adfectus non omnis in homine vitiosus. S. XII. th. 19. p. 93.

Adfectus & adpetitus rationem totius corporis sequitur habitudo. S. XII. th. 20. p. 93.

Adfectus, sive perturbatio animi non habet causam ex animo ipso, sed ex objecto. S. XII. th. 4. p. 136.

Amicitia.

Amicitia multò restrictior, quàm benevolentia. S. VI. th. 16. p. 43.

Amicitia juniorum verius adfectus dicitur, quàm amicitia. S. VI. th. 17. p. 44.

Amicitia multò validior, firmiorq; inter consanguineos, quàm alienos. S. VI. th. 18. p. 44.

Amicitia etiã fortunato opus. S. XI. t. 17. p. 85.

Animus, Anima.

Anima hominis secundum Philosophum immortalis. S. II. th. 18. p. 14.

Anima, sive intellectus non est adsistens homini, sed eundẽ informans. S. III. t. 15. p. 20.

Animi abjecti est omnibus adsentiri temerè. S. III. th. 17. p. 21.

Animus hominis rerum cognitione non potest

est

I N D E X.

est satiari. S. III. th. 20. p. Item Sect. XIII.
th. 20. p. 22. 91.

Animi magnitudine maximè excellunt, qui
staturæ mediæ sunt. S. VIII. t. 18. p. 61.

Animus ab omni violentiâ, & coactione est
immunis. S. X. th. 4. p. 72.

Animorum varietas dicitur non actu primo,
sed secundo. S. XIII. th. 18. p. 99.

Animus hominis primò & per se immobilis.
S. XVI. th. 1. p. 135.

Animus hominis sequitur temperamentum
corporis. S. XVI. th. 2. p. 136.

Animus hominis suâ naturâ liber. S. XVI. t. 3.
p. 136.

Animi respectu res duùm sunt generum τῆς
δεωρίας καὶ τῆς ὀρέξεως. S. XVI. th. 5. p. 137.

Animum ad res nauci convertere summa ho-
minis turpitude. S. XVI. th. 6. p. 137.

Animarum separatarum cognitio toto gene-
re alia, quàm quæ adhuc sunt in corpore.
S. XX. th. 10. p. 175.

ΑΝΤΙΠΑΘΕΙΑ, ΣΥΜΠΑΘΕΙΑ.

Αντιπαθείας causa nondum certò definita. S. II.
th. 16. p. 13. Item S. XIII. th. 16. p. 13. item 99.

Adpetitus.

Adpetitus humanus nec absolutè rationalis,
nec brutus. S. XII. th. 18. p. 92.

Adpc.

I N D E X.

Adpetitus rationem totius corporis sequitur
habitus. S. XII. th. 20. p. 93.

Adpetitus hominis spacia differt ab eo, qui
brutorum est. S. XVI. th. 7. p. 138.

Artes omnis generis.

Artes *ἄματιστοιμαί* sive Quæstuariæ non
omnes in Republ. ferendæ. S. IV. th. 11. p. 26.

Artium in liberales, & illiberales distinctio
probabilis. S. IV. th. 13. p. 26.

Jurisprudentia majorem habet, quàm Medi-
cina certitudinem. S. V. th. 13. p. 35.

Medicina Jurisprudentiâ incertior, ibid.

Ars Quæstuararia non quævis simpliciter con-
cessa. S. VI. th. 13. p. 42.

Artibus quibusdam interdici civibus potest,
quæ ad exhauriendas facultates sunt com-
positæ. S. IX. th. 19. p. 69.

Ars venatoria non injuriâ veri belli repræsen-
tatio. S. XIII. th. 11. p. 97.

Ars Architectonica inter artes liberales meri-
tò referendæ. S. XVII. th. 1. p. 143.

Architectonica omnium artium inventu ra-
rissima. S. XVII. th. 2. p. 143.

Architectū qui reverâ talis sit *ἐγκυκλοπαιδεί-
ας* oportet esse peritum. S. XVII. t. 3. p. 144.

Architectura potissimum spectatur in situ,
τόξῳ & usu. S. XVII. th. 4. p. 147.

Archi-

I N D E X.

- Architectura publicorum edificiorum continetur trib. summè necessariis reb. S. XVII. th. 5. p. 148.
- Architectura nascitur ex fabrica, & ratiocinatione. S. XVII. th. 7. p. 149.
- In ædificando frugi viro utrumq; extremum æquè cavendum. S. XVII. th. 11. p. 150.
- Nihil familiarius quàm summorum virorum in ædificando magnificentiam, nihil infrequentius quàm eorundem in agendo æmulari virtutem. S. XVII. th. 14. p. 152.
- Non sapit, qui antequam ædificat, sumptus non computat. S. XVII. th. 19. p. 154.
- Architecto ingenioso æquè opus est, atque perito chirurgo. S. XVII. th. 20. p. 155.
- Impossibile est in omnibus pariter excellere. S. XVIII. th. 17. p. 162.
- Artificia maximâ ex parte necessitas peperit. S. XIX. th. 1. p. 163.
- Artificia propriè ea dicuntur, quæ ministerio manuum exercentur. S. XIX. th. 2. q. 164.
- Agricultura artificiorum omnium princeps. S. XIX. th. 3. p. 164.
- Agricultura frugi Magistratus curâ regitur. S. XIX. th. 4. p. 164.
- Agricola utilior civitati, quàm medicus. Sect. XIX. th. 5. p. 165.
- Artes $\chi\mu\alpha\tau\iota\sigma\iota\sigma\upsilon\gamma\omega\upsilon$ abesse à Republicâ nullo modo

I N D E X.

- modo possunt. S. XIX. th. 6. p. 165.
Foeneratoria nullo prorsus prætextu excusa-
bilis. S. XIX. th. 11. p. 167.
Mercatura ars licita homini Christiano. S.
XIX. th. 12. p. 167.
Mercatura absque deceptione exerceri ægrè
potest. S. XIX. th. 13. p. 168.
Artes, quæ simpliciter necessariae non sunt,
non sunt usquequaque probandæ. S. XIX.
th. 14. p. 168.
Saltatoria homine ingenuo & liberali indi-
gna. S. XIX. th. 15. p. 169.
Ars tantò honestior, quantò plus prudentiæ
& discursus complectitur. S. XIX. th. 16.
p. 169.
Agricultura omnium artium opulentissima.
S. XIX. th. 17. p. 169.
Agriculturæ studium Philosopho maximè
dignissimum. S. XIX. th. 18. p. 169.
Ex nullâ re deliciae gratiores, quàm ex Agri-
culturâ. S. XIX. th. 19. p. 170.
Locus de Agriculturâ ex Gen. 27. vers. 27. ex-
plicatus. S. XIX. th. 20. p. 170.

Auctoritas.

- Non auctoritas rebus, sed res auctoritati pon-
dus largitur. S. I. th. 9. p. 4.
Non auctoritatibus, sed rationibus in dispu-
tando standum. S. I. th. 20. p. 7.

Bal.

I N D E X.

Balnea.

È balnearum genere Thermæ facile præcipuæ. S. XV. th. 11. p. 122.

τῆραε ἀνθρώπων τὰ βαλανεία, Balnea calida senecta hominum. S. XV. th. 12. p. 122.

Bellum.

Bellum partim contra naturam, partim verò secundum naturam. S. V. th. 15. p. 35.

Contra eos qui capti in bello, nullo juris prætextu excusatur tyrannis. S. V. th. 16. p. 36.

Duellum nullâ probabili consuetudine licitum. S. V. th. 17. p. 36.

Bello indicto licitum est, quovis etiam modo hostem opprimere. S. V. th. 18. p. 36.

Miles qui in officio est, non tenetur sententia quinti præcepti. S. V. th. 19. p. 37.

In bello præstat Dux ingeniosus ei, qui est bellicosus. S. V. th. 20. p. 37.

Belli contra patriam socius ipso facto non iura solum, sed & vitam amittit. S. VII. th. 20. pag. 54.

Bellum quodvis contra publicum hostem licitum. S. IIX. th. 12. p. 59.

Bello capta furta dicenda non sunt. S. X. th. 9. pag. 74.

Non semper iusta adhuc est belli causa, quæ olim iusta esse potuit. S. X. th. 11. p. 75.

Belli

I N D E X:

Belli caussa justa non est regni ampliatio. S. X.
th. 12. p. 75.

Arma statim justa non sunt, quando petenti
denegatur justitia. S. X. th. 13. p. 75.

Quæ ausu privato gesta minus feliciter ceci-
derunt in bello, eorum culpam jure luit
autor. S. X. th. 18. p. 77.

In gerendo bello cunctatio multum præstat
festinationi. S. X. th. 19. p. 78.

Certamina Gymnica antiquitus frequentata
nostra tempestate jure prohibita. S. XV. th.
13. p. 122.

Bona.

Boni cujusdam desiderium in homine natu-
rale. S. I. th. 17. p. 7.

Bonum summum voluptas non est. S. I. th. 18.
pag. 7.

Bonorum communio toti virtutum choro
inimica. S. III. th. 9. p. 18.

Bona labore parta honestiora, quam a paren-
tibus relicta. S. IV. th. 3. p. 23.

Divitiæ non simpliciter bonum sunt, sed tñ
quòsq. S. IV. th. 18. & S. VI. th. 2. p. 28. & 38.

Rerum proprietas naturæ non adversatur.
S. VII. th. 5. p. 47.

Optima hæreditas, quæ posteris relinquitur,
est Gloria virtutis. S. IV. th. 3. p. 111.

Census.

I N D E X.

C.

Census.

Census, & tributa justa licita, & civitati utilia. S. XI. th. 3. p. 80.

Ex vectigalibus quæstus honestior, quàm è tributis petitur. S. XIX. th. 9. p. 166.

Portorium injuriâ à nautis accipit, qui navigationem securiorem non facit. S. XIX. th. 10. p. 167.

Certamina.

Vide titulum Belli.

Civis, Civitas.

Civitas, & Respublica idem non sunt. S. VII. th. 11. p. 50.

Civitatem propriè muri non faciunt. S. VII. th. 12. p. 50.

Nemo potest duarum Civitatum reverâ esse civis. S. VII. th. 13. p. 51.

Non est in potestate civis pro arbitrio Rempublicam mutare. S. VII. th. 14. p. 51.

Cives propriè dicendo servi non sunt. S. IX. th. 20. p. 70.

Urbes evertere hostibus devictis immunitatis est. S. X. th. 10. p. 74.

Civis quisquam è patre potius, quàm matre æstimandus. S. XIV. th. 17. p. 116.

Peregrinos in civitatem cooptari licitum,

N

non

I N D E X.

non tamen citra delectum, Sect. XIV. th. 19.
pag. 117.

Peregrinis officia publica promiscuè non
committenda, sect. XIV. th. 20. p. 117.

Clementia.

Præstat clementiâ, quàm rebus bellicis excel-
lere, sect. XI. th. 16. p. 84.

Conjugium.

Conjugium non lege, sed naturâ coepit. S. II,
th. 14. p. 12.

Conjugium juris naturæ est, non verò gen-
tium, aut civilis. S. VI. th. 20. p. 45.

Conjugium cum relictâ fratriâ simpliciter
malum morale non est, Sect. VII. th. 15.
pag. 51.

Non licet liberis absque parentum consensu
nuptias contrahere, sect. VII. th. 16. p. 52.

Conjugium non solvit religionis diversitas,
sect. VII. th. 17. p. 52.

Colonia.

Coloniæ deducendarum ratio triplex. S.
VII. th. 18. p. 53.

Consilium, Consultatio.

Consultatio non de perpetuo veris, nec me-
rè fortuitis, sed contingentibus. Sect. II.
th. 7. p. 10.

Con:

I N D E X.

Consultatio de fine nulla, sed tantummodo
de mediis ad finem. S. II. th. 8. p. 11.

Consilium omnium tutissimè petitur ab iis,
qui rei maximè gnari sunt. Sect. XIX.
th. 16. p. 161.

Contractus.

Non decet eos, qui frugi sunt, in contractibus
se se invicem decipere. S. IV. th. 9. p. 25.

Negotiandi instrumentū commodissimum
numus, sect. IV. th. 10. p. 25.

Usurarum nonnullæ in Republ. benè consti-
tutâ tolerandæ, sect. IV. th. 12. p. 26.

Non decet virum frugi è quacunque re facere
Quæstum, sect. VII. th. 13. p. 32.

Quæstus in liberales, & sordidos non malè
dispescuntur, sect. XIX. th. 7. p. 166.

Quæstus sordidi, & illiberales qui judicandi,
sect. XIX. th. 8. p. 166.

Honestius ex vectigalibus, quàm è tributis
Quæstus colligitur, sect. XIX. th. 9. p. 166.

Convivium.

Victus ratio simplex plurimum præstat cibo-
rum varietati, sect. XIII. th. 14. p. 98.

In Convivio sedere meditabundum indeco-
rum est, sect. XIX. th. 13. p. 160.

Crudelitas.

N 2

Non

I N D E X.

Non omnis cædes, quæ fit in bellis, tenetur
quinto præcepto. S. X. th. 6. p. 72.

Crudelitas est devictis hostibus ipsas quoque
urbes evertere. S. X. th. 8. p. 73.

Extremæ crudelitatis est urbe expugnata in
quosvis promiscuè sævire. S. X. th. 8. p. 74.

D.

Decorum.

Decorum five τὸ πρῆπορ latius est honesto. S.
XII. th. 4. p. 88.

Decorum è nullâ re magis, quàm temperan-
tia cernitur. S. XII. th. 5. p. 88.

Decorum Ethicum potius in moribus cor-
poris, quàm in animo versatur. S. XII. th. 6.
pag. 88.

Decorum non pertinet æqualiter ad omnes
virtutes, sect. XII. th. 7. pag. 89.

Decorum quod naturæ, non est certum indi-
cium ejus, quod est virtutis. sect. XII. th. 8.
pag. 89.

Decorum exercendi præcepta dari sufficientia
non possunt, sect. XII. th. 9. p. 89.

Decorum nimis affectatum indecorum non
rarò est maximum, sect. XII. th. 10. p. 90.

Decorum non simpliciter, sed ex personâ ex-
ercentis æstimatur, sect. XII. th. 11. p. 90.

Decorum præcipua amoris causa, & vincu-
lum, sect. XII. th. 12. p. 91.

Deco-

I N D E X.

Decorum uirtute multò difficilius, sect. XII.
th. 13. p. 91.

Decorum in moribus, non cultu corporis
cernitur, sect. XII. th. 14. p. 91.

Decori præcipuum ornamentum verecun-
dia, & modestia, sect. XII. th. 15. p. 92.

Natura decori magistra, sect. XII. th. 16. p. 92.

Decorum in summâ versatur corporis, & ani-
mi harmoniâ, sect. XII. th. 17. p. 92.

Decorum cuius personæ, ætati, & ordini
idem non est, sect. XIV. th. 1. p. 111.

Doctor.

Vide titulum Institutionis.

Defuncti.

Casus Defunctorum etiam pertinent ad vi-
uentes, sect. X. th. 2. p. 71.

DEUS.

DEUS non potest velle malum, sect. II. th. 10.
pag. 11.

Pro tuendo Dei & religionis honore rectè
hominem mori, sect. VI. th. 21. p. 45.

Apud Deum nulla omninò temporis distin-
ctio, sect. XIX. th. 5. p. 157.

Quod Deum ipsum autorem habet, inhonc-
stum dicendum non est, sect. XX. th. 5. p. 173.

Vita Dei practica potius est quàm speculativa,
secus quàm vult Philosophus, sect. XX. th. 9.
p. 175.

I N D E X.

Specialia DEI mandata derogant generali-
bus, ubi de facto Rahab meretricis, sect,
XX. th. 19. p. 179.

In Theologiâ scholasticâ multa otiosa, sect,
III. th. 19. p. 21.

Diversitas religionis non solvit matrimo-
nium, sect. 17. p. 52.

Disputationes.

De rebus manifestis, & evidentissimis dispu-
tare stultum est, sect. I. th. 19. p. 7.

Disputationes non auctoritatibus, sed ratio-
nibus dirigendæ, sect. I. th. 20. p. 7.

E.

Edicta.

Edictorum, statutorumq; semper probabilis
aliqua datur ratio, S. II. th. 6. p. 10.

Edictotum, Legumque sua semper ratio,
quamvis dari ea semper non possit. Sect. V.
th. 6. p. 32.

De essentiâ Edictorum Legumque scriptura
non est. S. V. th. 14. p. 35.

Legibus Respublica multò tutius, quàm ar-
bitrio boni magistratus administratur. S.
VII. th. 6. p. 48.

Legis honorificum nomen, multò minus
vim obtinet, quod DEO, & naturæ repn-
gnat. S. VIII. th. 7. p. 48.

Legi

I N D E X.

Legi impiæ qui paret, in foro poli, & conscientia non excusatur. S. VII. th. 8. p. 49.
Lex, & natura, honesti & turpis regula, Sect. XV. th. 5. pag. 120.

Encomium.

Verè laudem nactus non est, qui adplausum imperitæ multitudinis nactus est. Sect. II X. th. 20. p. 62.

Homo potius in honorante, quàm in honorato S. IX. th. 2. p. 63.

Contra naturam est, nullius honoris, & gloriæ desiderio tangi. S. IX. th. 3. p. 63.

Honestius certatur de gloriâ, quàm divitiis. S. X. th. 15. p. 76.

Nihil æquè indecorum, quàm cuique honorem debitum non tribuere. Sect. XII X. th. 20. p. 163.

Esculenta, Poculenta.

Vide titulum Convivii.

Ethica.

Ethica methodo progreditur analyticâ. S. III. th. 1. p. 15.

Exempla.

Aliorum vita nostræ instituendæ optima magistra. S. XII X. th. 15. p. 161.

I N D E X.

Vitæ ratio non tam ex suo, quam aliorum arbitrio cuiq; frugi viro ineunda, sect. XIX. th. 18. p. 162.

Euryxia vide titulum Ordinis.

F.

Facetia.

Vide titulum Ludorum. Quod condimentum cibo, id facetiæ orationi, sect. XVI. th. 17. p. 141.

Fortis, Fortitudo, extrema.

Fortitudo omnium virtutum Ethicarum splendidissima, sect. XIX. th. 1. p. 54.

Fortitudo propriè ita dicta, non versatur circa probra, & infamiam, sect. XIX. th. 2. p. 55.

Fortitudo non est, quæ audet, unde fiducia emergendi omninò nulla, sect. XIX. th. 3. pag. 55.

In naufragio, & periculis maris fortitudo propriè non exercetur, sect. XIX. th. 4. p. 56.

In morborum tolerantia fortitudo locum propriè non habet, sect. XIX. th. 5. p. 56.

Desperatio cum verâ fortitudine nihil omninò communicat, sect. XIX. th. 6. p. 56.

Qui ob mali alicujus fugam mortem sibi inferunt, fortitudinis titulum non consequuntur, sect. XIX. th. 7. p. 57.

Vir fortis omnium molestissimè fert mortem, sect. XIX. th. 8. p. 58.

In se

I N D E X.

In sexum muliebrem non cadit propriè fortitudo. S. IIX. th. 9. p. 58.

Fortitudo non tantùm in publicis, verùm etiam privatis periculis spectatur. S. IIX. th. 10. p. 58.

Quæ dolo gentium præclarè in bello, fortitudinis nomen non merentur. S. IIX. th. 11. pag. 58.

Audacia timiditate deterior. S. IIX. t. 14. p. 59.

Fortitudo non quæ facit, sed quæ propulsat iuriam. S. IIX. th. 19. p. 61.

Metus facilius vincitur, quàm voluptas. Sect. IX. th. 8. p. 65.

Fides.

Vide titulum Promissorum.

Fortuna.

Multò difficilius est secundam, quàm adversam fortunam perferre. S. XI. th. 15. p. 84.

G.

Gloria.

Vide titulum Encomii.

H.

Homo.

Homo natus ad præstandum alteri officium. S. I. th. 16. p. 6.

Homo quæ officia alteri debet, præceptis comprehendi non possunt. S. II, th. 5. p. 9.

N 5

Omnes

I N D E X.

Omnes homines naturâ nascuntur liberi. S.

II. th. 20. p. 14.

Homo ad ludum, & jocum factus non est.

S. XIII. th. 1. p. 94.

Humani corporis figura præ reliquorum animantium maximè decorâ. Sect. XV. th. 1.

pag. 118.

Homini primæ corporis staturæ fuit perfectissimæ. S. XV. th. 2. p. 118.

Nullum in humano corpore membrum naturâ turpe, aut inhonestum. Sect. XV.

th. 4. p. 119.

Motio, sive agitatio corporis à dextrâ ad sinistram maximè naturalis. S. XV. th. 9. p. 121.

Homo in aliorum vitiis cernendis oculatus, in suis verò plusquam cæcus est. S. XIX.

th. 14. p. 160.

Humanorum officiorum Epitome, atque

σύντομος Dilectio Dei, & proximi. S. XX.

th. 20. p. 179.

Hostis.

Licetum est hostem dolo, & insidiis circumvenire. S. XIX. th. 12. p. 59.

Habitus animi.

Memoria propriè dicendo in bruta non cadit. S. II. th. 17. p. 13.

Sapientia, & scientia non sunt unus, demque habi-

INDEX

habitus, sect. III. th. 12. pag. 19.

Scientia non est reminiscencia, sed rei igno-
ræ per causas cognitio. Sect. III. th. 13.
pag. 19.

Scientia, & prudentia virtute destituta nul-
lius assis æstimanda. Sect. XX. th. 16. pag.
178.

Studium Sapientiæ cum summâ etiam re-
rum abundantia conjunctum *αυταρκεία*
non est. S. XX. th. 17. p. 178.

Homicidium.

Vide titulum Crudelitatis.

Honestum, Turpe.

Honestum & Turpe τῆ φύσιν etiam sunt,
non saltem *ὑπὸ νόμῳ*. Sectione II. thes. 9.
pag. 11.

Honestas non est certæ ejusdam virtutis,
sed omnium simul. S. III. th. p. Item S. XX.
th. 3. p. 16.

Honestas potius è rebus ipsis, quàm ex in-
tentione agentis æstimanda. Sect. V. th. 4.
pag. 31.

Lex & Natura omnis honestatis, & turpitu-
dinis regula. S. XV. th. 5. p. 120.

Objectum honestatis, & turpitudinis utplu-
rimum indifferens. S. XV. th. 6. p. 120.

Fal-

I N D E X.

Falsum est, quæ re ipsâ turpia sunt, verbis non dici flagitiosa. S. XV. th. 8. p. 120.

Sensus non sunt veri semper indices illius, quod est honestum, & turpe. Sect. XV. th. 8. pag. 121.

Turpitude nascitur nec ex objecto, nec tota ex persona agentis, sed ut plurimum ex modo agendi. S. XV. th. 10. p. 121.

Inter Honesta alterum altero honestius. S. XX. th. 1. p. 171.

Honestas propriâ in actione, non in cognitione spectatur. S. XX. th. 2. p. 172.

Honestas peculiaris quædam virtus non est. S. XX. th. 3. p. 172.

Honestatis principia duo, Natura, & Ratio. S. XX. th. 4. p. 172.

Inhonestum non est dicendum, quod ipsum Deum habet autorem. S. XX. th. 5. p. 173.

Reipub. causa faciendum non est, quod fœdum & flagitiosum est. S. XX. th. 18. p. 178.

Honor.

Vide titulum Encomii.

I.

Institutio.

Institutio præstat bonitati naturæ, καὶ δὲ ἵα τῆ ἐν πύξ. S. I. th. 1. p. 1.

Publica Institutio privatâ multò est potior. S. I.

I N D E X.

S. I. th. 2. p. vide in calce prolixam tractationem.

Satius est pueros foris, quam domi institui.
S. I. th. 3. p. 2.

Optima etiam institutio parum prodest, nisi idoneus adsit discipulus. S. I. th. 6. p. 3.

In institutione consulendum capiti discen-
tium. S. I. th. 15. p. 6.

Qui scholas negligit Magistratus, eidem obsequium non debetur, multò minus tributum. S. IX. th. 17. p. 69.

Vita scholastica cæteris omnibus in vitâ humanâ ordinibus jure præferenda. Sect. XX. th. 11. p. 175.

Præstat unus Magister vivus, quam muti plures. S. XX. th. 13. p. 176.

Inscriptio.

Inscriptiones amplissimæ parum faciunt ad commendationem operis. S. I. th. 14. p. 6.

Indoles, Ingenium.

In multis simul excellere paucorum est. S. I. th. 12. p. 5.

Ingeniorum diversitas non ab animâ pendet, sed à corpore. S. III. th. 10. p. 18.

In homine non est naturâ primò ad hoc potius quam ad aliud inclinatio. S. III. t. 11. p. 19.

Qui dissident cælo, & solo, plerumque moribus dissident, & ingenio. S. VII. th. 9. p. 49.

Quæ

INDEX.

Quæ familiæ unius, & ejusdem, naturæ quoque ejusdem sunt, & indolis. Sect. VII. t. 10. pag. 49.

Qui nationis sunt diversæ, ingenio plerumque & moribus sunt diversi. Sect. II. th. 17. pag. 61.

Inclinationum in hominibus ratio firma dari non potest. S. XIII. th. 15. p. 98.

Ἰδιοὕλησιν αἰτία certa & sufficiens causa nondum inventa. S. XIII. th. 16. p. 99.

Inclinationum, operationumvè in hominibus diversitas, non arguit diversitatem formæ. S. XIII. th. 17. p. 99.

Idea.

Falsa & erronea est Ideæ Platonicae assertio: S. III. th. 14. p. 20.

Focus.

Vide titulum Facetiarum.

Jus, Justitia, Injuria.

Justitia omnium virtutum Ethicarum præstantissima. S. IV. th. 1. p. 22.

Tria juris principia non tam naturâ, quàm secundum naturam. S. IV. th. 2. p. 23.

Injuriâ adficere nemo semetipsum potest, damno potest. S. IV. th. 14. p. 27.

Injuriam illatam qui ulciscitur, injuriam inferre minimè videtur. S. IV. th. 16. p. 28.

Defen.

I N D E X

Defensio sui, suorumque pars juris naturæ
facile princeps, sect. v. th. i. p. 30.

Æquitate explosa summa manet injuria, sect.
v. th. ii. p. 34.

Justitia denegata petenti non statim justam
belli causam præbet, sect. x. th. 13. pag.
75.

Imperium.

Tyrannus, qui malo titulo Rempubl. acqui-
sit, pejori possidet, pessimo administrat,
impunè occiditur, sect. iv. th. 15. p. 27.

Princeps non omnibus est solutus legibus,
sect. iv. th. 19. p. 29.

Imperia, si de causis secundis quæstio fuerit,
maximâ ex parte vi bellicâ coepisse viden-
tur, sect. iv. th. 20. p. 29.

Nullo juris prætextu excusatur tyrannis con-
tra eos, qui sunt capti in bello, sect. v. th. 16.
pag. 36.

Non minus rectum est mori pro salute Rêi-
publicæ, quàm pro verâ religione, sect. vi.
th. 20. p. 45.

Rempubl. legibus administrari multò tutius,
quàm arbitrio magistratus, sect. vii. th. 6.
p. Item sect. xi. th. 14. p. 48.

Respublica & Civitas unum idemque non
sunt, sect. vii. th. ii. p. 50.

Prim-

I N D E X.

- Principatus cupiditas per se in malis habenda non est.** S. VIII. th. 15. p. 60.
- Monarchia magis secundum naturam, quam polyarchia.** S. VIII. th. 16. p. 60.
- Ad Rempubl. capessendam Civem cogi posse statuimus.** S. IX. th. 10. p. 66.
- Magistratum qui nimium ambiunt, merito ab eodem arcendi sunt.** S. IX. th. 11. p. 67.
- Magistratum gratis quemquam genere iniquissimum.** S. IX. th. 12. p. 67.
- Præstat sub docto, quam rudi Principe vivere.** S. IX. th. 13. p. 67.
- Melius est Principem in Republicâ esse ingeniosum, quam bellicosum.** Sect. IX. th. 14. pag. 68.
- Præstat perpetuos in Republicâ quam ambulatorios esse magistratus.** S. IX. th. 15. item S. XIV. th. 15. p. 68. 115.
- Magistratui, qui scholas negligit, nec obsequium nec tributum debetur.** S. IX. th. 17. pag. 69.
- Præstat Principem conferre beneficium in litteratum, quam militem.** S. X. th. 1. p. 70.
- R republ. in extremo periculo versante, quivis cogi ad arma potest.** S. X. th. 17. p. 77.
- Nihil in senatu æquè perniciosum, quam liberè quid sentias, non dicere.** S. X. th. 20. pag. 78.

Præstat

I N D E X.

Præstat divites eligi magistratus, quàm pauperes. S. XI. th. I. p. 79.

Ægrè administratur Respubl. ab iis rectè, quibus nihil inde redit. S. XI. th. 2. p. 79.

Frugis Magistratus est omnibus in Republ. ordinibus æquè providere. S. XI. th. 4. p. 80.

Magistratus nomen non tam honoris est, quàm oneris. S. XI. th. 5. p. 80.

Nihil æquè dedecet frugis magistratum, quàm falsis criminibus alios in odium vocare. S. XI. th. 6. p. 81.

Degeneris magistratus indicium est, cum aliis de honore contendere. S. XI. th. 7. p. 81.

Majora semper gerere Magistratus possunt, quàm subditi. S. XI. th. 19. p. 85.

In Magistratum cooptandus non est, qui planè imperitus. S. XIV. th. 16. p. 116.

Magistratus sceleratis pœnam meritam jure remittere non potest. S. XIV. th. 18. p. 116.

Jure tenetur Magistratus de fabricis scholarum, & templorum reficiendis. S. XVII. th. 17. p. 153.

Reipubl. causa faciendum non est, quod fœdum & flagitiosum est. S. XX. th. 17. p. 178.

Ira.

Ira cum virtute fortitudinis non communi-
cat. S. XI. th. 9. p. 82.

Non est simpliciter verum Philosophi enun-
cia-



cia

I N D E X.

ciatum, Irâ utendum esse non ut duce, sed
ut milite, sect. xi. th. 10. p. 82.

Ira quæ ex officio proficiscitur, reverâ ira di-
cenda non est, sed zelus, sive severitas, sect.
xi. th. 11. p. 83.

Ἰδιοσυγκρασία vide titulum Ἀνυπαθείας.

L.

Laus.

Vide titulum Encomii.

Lex, Leges.

Lex non naturâ rerum proprietatis introdu-
cta, sect. iv. th. 3. p. 23.

Lex & natura omnis honestatis, & turpitudi-
nis regula, sect. xv. th. 5. p. 120.

Omnium legum, statutorumque probabilis
aliqua præsupponitur ratio, sect. II. t. 6. p. 10.

Cujusque Legis, ut & actionis sua ratio,
quamvis ea dari à quovis semper non pos-
sit, sect. v. th. 6. p. 32.

Scriptura de essentiâ Legis non est, sect. v.
th. 14. p. 35.

Legibus Respublica multò tutius regitur,
quàm hominum arbitrio, sect. vii. th. 6.
pag. 48. Item 84.

Legis honorificum nomen, multò minus
vim obtinet, quod DEO, & naturæ repu-
gnat, sect. vii. th. 7. p. 48.

Non

I N D E X.

Non excusatur in foro poli, & conscientia,
qui legi impiæ obtemperat, sect. vii. th. 8.
pag. 49.

Liberi.

Amor parentū ardentior erga liberos, quàm
liberorum erga parentes, sect. II. th. 15. p. 13.

Plus debent liberis suis parentibus, quàm pa-
triæ, sect. iv. th. 5. p. 24.

Optima liberorum hæreditas, gloria virtu-
tum, sect. xiv. th. 3. p. 111.

Liberalitas, extrema.

Liberalitas earum rerum est, quarum æsti-
mationem metitur numus, sect. vi. th. I.
p. 38.

Multò melius est beneficium dare, quàm ac-
cipere, sect. vi. th. 3. p. 38.

Liberalitas non est de rebus alienis, sed pro-
priis, sect. vi. th. 4. p. 39.

Liberalitas non tam æstimanda est è domi
precio, quàm donantis animo, sect. vii.
th. 5. p. 39.

Liberalitas propriè non est, quæ facultatibus
major est, sect. vi. th. 6. p. 39.

Turpius est indigna dari, quàm accipi, sect.
vi. th. 7. p. 40.

Prodigus avaro melior, sect. vi. thes. 8.
pag. 40.

I N D E X.

Prodigo bonis suis jure interdici potest S. VI. th. 9. p. 40.

Avaritiæ pleriq; senum dediti S. VI. t. 10. p. 41.

Liberalitas dicenda non est, quæ beneficium in indignum confert, sect. VI. th. 11. p. 41.

Liberalis propriè non est, qui acceptum beneficium alio quodam compensat, S. VI. th. 12. p. 42.

Libertas, Extrema.

Libertas omnium bonorum externorū summum, sect. IX. th. 9. p. 66.

Servi in civium numero habendi non sunt, sect. IX. th. 20. p. 70.

Servituti & turpitudini Mors honesta præferenda, sect. X. th. 7. p. 73.

Lingua.

Lingua omnis κατὰ σωθῆκην, non τῆ φύσιν, sect. I. th. 4. p. 2.

Linguarum cognitio Philosopho necessaria, sect. I. th. 5. p. 3.

Linguarum diversitas non tam amica, quàm inimicâ societati humanæ. S. VII. t. 2. p. 46.

Linguarum pluralitas, & multitudo non tam DEI donum, quàm pœna. S. VII. th. 3. p. 47.

Humanarum linguarum ambitus, & multitudo nondū certè definita. S. VII. t. 4. p. 47.

Non quivis sermo omni tempore, & loco accommodus, S. XVI. th. 9. p. 138.

Lingua

I N D E X.

Lingua animi interpres. S. XVI. th. 8. p. 138.

Sermo ad demerendam aliorum gratiam instrumentum aptissimum. S. XVI. t. 10. p. 139.

Sermonis familiaris præcepta certa, & absoluta dari vix possunt. S. XVI. th. 11. p. 139.

Sermo contentionis admodum importunus, ubi animi queritur recreatio. S. XVI. t. 12. p. 39.

In singulorum hominum sermone, singulare quicquã, & peculiare inest. S. XVI. t. 15. p. 141.

Sermonem nihil æquè commendat atq; gravitas. S. XVI. th. 18. p. 142.

In sermone varietas longè gratissima. Sect. XVI. th. 17. p. 141.

Oratio studio detrahendi absentibus instituta, summa est calumnia. S. XVI. th. 19. p. 142.

In oratione de semetipso magnificè gloriari ἀνεπιπροσῆται. S. XVI. th. 20. p. 142.

Æquè indecorum est, & turpe oratione peccare atque opere. S. XVIII. th. 10. p. 159.

Litteræ.

Voluptas, & dolor sunt indicia profectus in litteris. S. I. th. 7. p. 3.

Naturæ vim facit, qui studium discendi omne adspernatur. S. III. th. 6. p. 20.

E litterarum monumentis multò exactiùs ingenium, quàm ex oratione cognoscitur. S. XX. th. 14. p. 177.

Logica.

Definitio, si methodicè agatur, necessariò

I N D E X.

non præmittitur, sect. II. th. 1. p. 8.

Definitio generalis pars non est ipsius tractationis, sed saltem præmium. S. II. th. 2. p. 8.

Universale prius cognoscitur, quàm speciale, sect. III. th. 6. p. 17.

κατὰ τὸ αὐτὸς, καθ' αὐτὸ, καὶ καθόλου non existunt præcepta, ubi circumstantiis locus est, sect. V. th. 5. p. 31.

Ludi.

Alea, & id genus ludi non omnes simpliciter prohibiti, sect. VI. th. 14. p. 42.

Per ludum acquisita priori Domino in foro soli jure non restituntur. S. VI. th. 15. p. 43.

Homo ad ludum, & jocum factus non est, S. XIII. th. 1. p. 94.

Ludis, & jocus si ἐνκαίρως exerçantur, non improbantur. S. XIII. th. 2. p. 94.

Genus jocandi unum non est, & simplex. S. XIII. th. 3. p. 94.

Jocus non obscurus ipsius ingenii index. S. XIII. th. 4. p. 95.

Comœdia in Republ. benè constituta non est prohibita, sect. XIII. th. 5. p. 95.

Apophthegmata plus faciunt sæpè ad mores, quàm seriò dicta. S. XIII. th. 6. p. 95.

Ludo acquisita bono titulo possidentur, sect. XIII. th. 8. p. 96.

Ludo

I N D E X.

Ludo perdita, & nondum soluta jure exiguntur. S. XIII. th. 9. p. 96.

Lusus parvæ pilæ juniori ætati accommodatissimus. S. XIII. th. 10. p. 97.

M.

Magistratus.

Vide titulum Imperii.

Magnanimitas, extrema.

Magnanimitas potissimum circa honorem versatur. S. IX. th. 1. p. 62.

Magnanimus multò proclivior est ad injuriã quàm humilis, & demissus, S. IX. th. 4. p. 64.

Magnanimum non decet alterius virtutem, & facta nimium admirari, & extollere. S. IX. th. 5. p. 64.

Magnanimus dicendus non est, qui nullo omninò periculo terretur. S. IX. th. 7. p. 65.

Magnanimus omnium ægerrimè fert mortem. S. IX. th. 14. p. 76.

Miles, Militia.

Vide titulum Belli.

N.

Natura.

In naturâ omnia fiunt boni alicujus gratia. S. II. th. 3. p. 9.

Aliud est τὴ φύσις, aliud κατὰ φύσιν. Sect. II. th. 13. p. 12.

INDEX.

In homine non est naturâ primò ad hoc potius, quàm ad aliud inclinatio. S. III. t. 11. p. 19.

Naturæ non adversatur rerum proprietas. S. VII. th. 5. p. 47.

Natura decori magistra. S. XII. th. 16. p. 92.

Naturâ repugnante frustrâ speratur in re aliqua excellentia. S. XII. th. 19. p. 100.

Natura artis adminiculo non adjuta rarò consequitur excellentiam. S. XIII. t. 20. p. 100.

Negotiatio.

Vide titulum Contractus.

Nuditas.

Nuditas in primis parentibus summæ venustatis fuit. S. XV. th. 3. p. 119.

Vestimenta quoad originem, non honestatis, sed fœditatis humanæ indicia. S. XV. th. 14. pag. 133.

Lex vestiaria & necessitatis est, & decori, sect. XV. th. 15. p. 133.

O.

Ordo.

Eυταξία prudentiâ verius, quàm scientiâ appellatur. S. XVIII. th. 1. p. 155.

Eυταξία pars prudentiæ longè difficilima. S. XVIII. th. 2. p. 156.

Ordo pulcerrimus cum quodvis suo loco continetur. S. XVIII. th. 7. p. 158.

Ordo rerum aptissimus est, cum quodvis suo loco

loco

I N D E X.

loco geritur. S. xviii. th. 8. pag. 158.

ἑνωσις est, in quo & oratio, & vita inter se consentiunt, sect. xviii. th. 8. p. 158.

Officia.

Officia omnia doceri, & regulis comprehendi non possunt, sect. II. th. 5. p. 9.

Officiorum omnium Epitome, Ἐπιτομή,
Dilectio Dei & proximi, S. XX. th. 20. p. 179.
P.

Philosophia, Theoretica, Practica.

Philosophia Peripatetica, & Socratica non conveniunt. S. I. th. 8. p. 4.

Rhetorices finis non est bene dicere, sed persuadere. S. I. th. 10. p. 4.

Philosophandum non paucis, sed multis. S. I. th. 11. p. 5.

Philosophus bonus raro bonus Orator. S. I. th. 13. p. 5.

Practica Philosophia peculiarem habet finem alium à Theoretica. S. II. th. 4. p. 9.

Theoria ubi Practica quaeritur, non magni aestimanda, ibid. p. 9.

Nullum ad humanam naturam studium accedit propius Philosophia. S. II. th. 19. p. 14.

Philosophia Theoretica non tam utilis, quam jucunda. S. III. th. 3. p. 16.

Artis unius Theoremata alterius non adversantur. S. III. th. 8. p. 18.

Philosophus pure Theoreticus præclarum hominis

I N D E X.

- minis nomē injuriā sibi arrogat. S. V. t. 2. p. 30.
Philosophi solā notitiā Justitiæ, nomen Justī
non merentur. S. V. th. 3. p. 31.
Philosophica vita animum excelsum non
tollit. S. XI. th. 20. p. 86.
Philosophiæ, totiusq; ἐγκυκλοπαιδείας in Ar-
chitecturā usus. S. XVI. th. 3. p. 144.
Practica Philosophia naturæ aptior, quàm
speculativa. S. XX. th. 6. p. 173.
Theoretica Philosophia, sive vita juxta Phi-
losophum Practicā simpliciter præstan-
tior. S. XX. th. 7. p. 174.
Non omnis Theoria conjuncta cum praxi.
S. XX. th. 8. p. 174.
Practica potius est DEI vita, quàm Theoretica
juxta Philosophum. S. XX. th. 9. p. 175.
Nemo unquam fuit Philosophorum, qui ju-
vandæ humanæ societati non servierit. S.
XX. th. 12. p. 176.
Philosophus acutissimus Oratori prudentis-
simo inferior. S. XX. th. 15. p. 177.

Parentes.

Vide titulum Liberorum.

Pæna, Peccatum.

Quæ perturbatione aliquā committuntur,
levius punienda, quàm consultò, & cogi-
tatò. S. IV. th. 17. p. 28.

In otiosos, & desides deportatione in exilium
jure

I N D I X.

jure animadvertitur. S. IX. th. 18. p. 69.

Publica castigatio non potest vacare ignomi-
niâ. S. XI. th. 12. p. 83.

Pœnæ proportionem debent constare Arith-
meticâ, non Geometricâ. S. XI. th. 13. p. 83.

Pœna sceleratis merita per magistratum jure
non remittitur. S. XIV. th. 19. p. 116.

Peregrinus.

Vide titulum Civis.

Princeps. Vide titulum Magistratus.

Promissa.

Fides in rebus saltem licitis habet locum. S.
IV. th. 7. p. 24.

Non pugnat contra officium boni viri pro-
missum ipso opere aliquando non impleri.
S. V. th. 7. p. 32.

Metus, & periculum non sunt justæ causæ
non standi promissis. S. V. th. 8. p. 32.

Promissum hosti interposito juramento da-
tum omninò servandum est. S. V. th. 9. p. 33.

Promissum dolo interveniente extortum ser-
vandum non est. S. V. th. 10. p. 33.

Proprietas rerum. Vide titulum Bonorum.

Pulcritudo.

Pulcritudo, quæ dignitatis est, præstat ei, quæ
venustatis. S. XV. th. 15. p. 133.

Q.

Questus. Vide titulum Contractus.

Reli.

I N D E X.

R.

Religio.

Vide titulum DEL.

Respublica.

Vide titulum Imperii.

Res, & verba.

In rebus πρῶτως, in verbis δ' ἄντιξως obscenitas. S. XIII. th. 7. p. 96.

Falsum ea quæ re ipsâ turpia sunt, verbis non dici flagitiosa. sect. XV. th. 6. p. 120.

Æquè indecorum est, & turpe oratione peccare, quàm opere, sect. XVIII. th. 10. p. 159.

S.

Sermo.

Vide tit. Linguæ. Schola vide tit. Institutionis
Summum bonum.

Vide titulum Bonorum.

Sensus.

Sensus non sunt veri semper iudices honesti, & turpis, sect. XV. th. 8. p. 121.

Aures sunt vocis, quâ talis est, immediati iudices, sect. XVI. th. 13. p. 140.

Virtutes vocis præcipuæ sunt Claritas & Suavitas, sect. XVI. th. 14. p. 140.

Sexus.

Sexus muliebris naturâ venustior quàm virilis, sect. XV. th. 17. p. 134. (134.

Sexui virili coma prolixa turpis, S. XV. t. 18. p.

Sexui

I N D E X.

Sexui virili color candidus, pallidusvè maximè deformis, sect. xv. th. 19 p. 135.

In sexu virili moderatus incessus maximè decorus, sect. xv. th. 20. p. 135.

Sepultura.

Ritus defunctorū cadavera amovendi omnes ex hominum instituto, sect. VII. t. 19. p. 53.

Societas.

Nemo est mortalium, qui extra omnem vivere societatem possit, sect. iv. th. 6. p. 24.

Societatis cujusque prima principia sunt natura, & necessitas, sect. vii. th. i. p. 46.

Statura hominis.

Qui mediæ staturæ sunt, animi magnitudine maximè excellunt, sect. viii. th. 18. p. 61.

Statuta.

Vide titulum Edictorum, & Legum.

Studia.

Vide titulum Litterarum. In Theologiâ scholasticâ multa sunt otiosa, sect. iii. t. 19, p. 21.

T.

Therma.

Vide titulum Balnearum.

Temperantia, extrema.

Temperantia in plerisque præcellit fortitudinem, sect. xii. th. i. p. 86.

Temperantia cum modestia eadem non est, sect. xii. th. 2. p. 87.

Tem.

I N D E X.

Temperantia fortitudine multò difficilior.
S.XII.th.3. p.87.

Voluptas corporis hominis præstantiâ satis
digna non est. S.XIII.th.13. p.98.

Tempus.

Tempus in oportunitum, & importunum ex
se se minus rectè dividitur. S.XVIII.t.3. p.156.

Tempus non est quiddam τὸ νοητὸν, sed ἀληθῶς
reale. S.XVIII. th.4. p.157.

Apud Deum nulla omninò temporis distin-
ctio. S.XVIII.th.5. p.157.

Non quovis tempore ἐν καίρῳ quæcunque
administrantur. S.XVIII.th.6. p.157.

Tributum.

Vide titulum Magistratus.

Tyrannus.

Vide titulum Magistratus.

V.

Virtus, vitium.

Virtutes, & vitia non sunt æqualia, sect. II.
th.12. p.12.

Virtutes Ethicæ ratione actus primi simul
sunt, non verò secundi. S.III.th.4. p.16.

Virtus absque exceptione personæ, loci, &
temporis perpetuò est decorum, Sect. XIV.
th.2. p.III.

Errata leviora cautione opus habent majori,
quàm enormia facta, S.XVIII. th.12. p.160.

Erra-

I N D E X.

Errata aliorum facillimè, nostra difficilimè
animadvertuntur. S. xviii. th. 14. p. 160.

Personarum conditio non mutat delicti es-
sentiam. S. xviii. th. 19. p. 162.

Fides in rebus saltem licitis, non in illicitis
locum habet. S. IV. th. 7. p. 24.

Notitia sola non facit virtutem. S. V. t. 3. p.

In virtutibus non dantur gradus, summum
scil. & infimū, magis & minus. S. V. t. 12. p. 34.

Actio bona esse potest, quæ tamen virtus non
fit. S. VI. th. 19. p. 44.

Omniū rerum abusus est, exceptâ solâ vir-
tute. S. VIII. th. 13. p. 59.

Virtus non est ἀπάθεια καὶ ἡρεμία, id est, per-
turbationum vacuitas. S. IX. th. 6. p. 65.

Veritas.

Veritas originaliter, & subjective in rebus, in
propositione verò formaliter. S. III. t. 5. p. 17.

Unius rei una tantummodò est, & simplicis-
sima veritas. S. III. th. 7. p. 17.

Antiquitas non est sufficiens causa veritatis.
S. III. th. 18. p. 21.

Veritas non ex intentione dicentis, atque ex
eventu, sed objecto æstimanda. Sect. IV.
th. 8. p. 25.

Vestigal.

• Vide titulum Censuræ.

Vesti-

I N D E X

Vestitus.

Vide titulum Nuditatis.

Vir bonus, sapiens.

Vir bonus, & fortis omni fortunæ domina-
tur, sect. x. th. 3. p. 71.

Non est viri sapientis dicere, Non putaram,
sect. x. th. 5. p. 72.

Viri boni cum dissentiunt, inimici reverâ non
sunt, sect. x. th. 8. p. 82.

Non decet virum frugi dare aures adulatio-
nibus, sect. xi. th. 18. p. 85.

Vita ratio.

Vide titulum Exemplorum,

Utile.

Utilitas quæ honestate vacat, non est com-
modum, sed damnum, sect. l. th. 11. p. 12.

Usura.


Vide titulum Contractus.

pag. 185. lin. 6. erratum sic corrige, pro pos-
sem l. possunt.

F I N I S.

4
Lit. rom B.

2534



L. 11